La mer Caſpienne, qui a l'eau plus douce que les autres, nourrit des ſerpents d'une grandeur prodigieuſe, & des poiſſons d'une couleur toute différente de l'ordinaire. Quelques-uns l'appellent la mer d'Hyrcanie, & il y en a qui croyent que les *palus Méotides* s'écoulent dedans, fondés ſur ce que n'étant pas si ſalée que les autres mers, elle s'adoucit par le mélange de ces eaux. Du côté du Septentrion elle s'enfle horriblement par les marées qui ſe répandent fort loin, & couvrent une grande étendue de pays; mais ſous une autre conſtitution du ciel, elle rentre dans ſes limites, & ſe retirant avec la même impétuosité qu'elle eſt venue, rend à la terre ſa premiere face. D'autres ont cru que ce n'étoit pas la mer Caſpienne, mais celle des Indes, qui tombe dans l'Hyrcanie, dont la plus haute partie vient à s'abaiſſer peu à peu, & à s'étendre, comme nous avons dit, en une vallée d'une immenſe étendue. De-là le Roi s'avança de vingt ſtades, par des lieux inacceſſibles, au-deſſous d'une forêt où les chemins étoient tous rompus des torrents & des ravines: il falloit s'arrêter à chaque pas; mais comme il ne ſe préſentoit point d'ennemis, il paſſa ſans danger, & vint dans une meilleure contrée. Outre les grains & les autres fruits, dont il y avoit cette année-là très-grande abondance, il y croît quantité de vin & des pommes. L'arbre le plus commun reſſemble au chêne; tous les matins ſes feuilles ſont chargées de miel, mais si l'on ne ſe hâte de le cueillir avant que le Soleil ſoit levé, cette roſée délicate ne ſçauroit si peu ſentir de chaleur, qu'elle ne s'évapore aussi-tôt.

Il étoit avancé de trente ſtades, lorſque Phrataphernes vint ſe rendre à lui, avec ceux qui avoient fuis après la mort de Darius; il les reçut tous avec humanité, & étant arrivé à la ville d'Arvas, Cratere & Erigius vinrent l'y trouver, & lui amenerent Phradates, Gouverneur des Tapyriens, qui fut si ſatisfait du Roi, qu'il ſervit d'exemple à plusieurs pour éprouver ſa clémence. Il donna enſuite l'Hyrcanie à Ménapis, qui ayant été exilé ſous le regne d'Ochus, s'étoit réfugié auprès de Philippe, & il rendit aussi le Gouvernement des Tapyriens à Phradates.

Chap. V. Quand il eut traverſé toute l'Hyrcanie, Artabaze, de qui nous avons parlé comme de l'homme du monde le plus fidéle à Darius, vint au-devant de lui avec les parents de ce Prince, & avec ſes enfants, & une bonne troupe de ſoldats Grecs. A ſon abord, le Roi lui toucha dans la main, & lui fit beaucoup de careſſes, à cauſe de l'amitié qu'il avoit eue avec le Roi Philippe ſon pere, entre les bras duquel il s'étoit jetté durant la perſécution d'Ochus; & plus encore, pour la fidélité qu'il avoit gardée à ſon Roi, nonobſtant toutes les faveurs qu'il avoit reçues de l'autre. Ce vénérable vieillard, ravi d'un si bon accueil, dit à Alexandre, *Qu'il prioit le ciel qu'il fît éternellement fleurir ſon Empire, & qu'il comblât ſa perſonne de ſes faveurs; que pour lui, il avouoit, qu'étant comblé de joie en ce jour, il ne reſtoit qu'un regret, que ſon extrême vieilleſſe ne lui lui pouvoit permettre de jouir long-temps de ſes bontés.* Il étoit âgé de quatre-vingt quinze ans, & avoit à ſes côtés ſes neuf fils, tous jeunes hommes bien faits, nés d'une même mere, qu'il préſenta au Roi, priant les Dieux, *qu'ils ne vécuſſent qu'autant qu'ils ſeroient utiles à ſon ſervice.* Le Roi alloit le plus ſouvent à pied par les champs, mais alors il fit amener des chevaux pour lui & pour Artabaze, de peur

tinguitur. Xxx hinc ſtadia processerat ; cum Phrataphernes ei occurrit, ſeque & eos, qui poſt Darii mortem profugerant, dedens : quibus benigne exceptis ad oppidum Arvas pervenit. Hîc ei Craterus & Erygius occurrunt. Præfectum Tapurorum gentis Phradaten adduxerant. Hic quoque in fidem receptus multis exemplo fuit experiendi clementiam regis. Satrapem deinde Hyrcaniæ dedit Menapim : exul hic regnante Ocho ad Philippum pervenerat. Tapurorum quoque gentem Phradati reddidit.

CAP. V. Jamque rex ultima Hyrcaniæ intraverat, cum Artabazus (quem Dario fidiſſimum fuisse ſupra diximus) cum propinquis Darii, ac ſuis liberis, modicaque Græcorum militum manu occurrit. Dextram venienti obtulit rex ; quippe & hospes Philippi fuerat, cum Ocho regnante exuluret, & hospitii pignora in regem ſuum ad ultimum fides conſervata vincebat. Comiter igitur exceptus, *Tu quidem*, inquit, *rex perpetua felicitate floreas. Ego ceteris lætus, hoc uno torqueor, quod præcipiti ſenectute, diu frui tua bonitate non possum.* Nonagesimum & quintum annum agebat. Novem juvenes, eadem matre geniti, patrem comitabantur : hos Artabazus dextræ regis admovit, precatus *ut tam diu viverent, donec utiles Alexandro essent.* Rex pedibus iter plerumque faciebat : tunc admoveri sibi & Artabazo equos jussit, ne ipso ingrediente pedibus, ſenex equo vehi erubesceret. Deinde ut

castra sunt posita, Græcos, quos Artabazus adduxerat, *convocari* jubet: at illi, *nisi Lacedæmoniis fides daretur*, respondent, *se, quid agendum ipsis foret, deliberaturos*. Legati erant Lacedæmoniorum missi ad Darium, quo victo applicaverant se Græcis mercede apud Persas militantibus. Rex *omissis sponsionum fideique pignoribus, venire eos* jussit, *fortunam quam ipse dedisset habituros*. Diu cunctantes, plerisque consilia variantibus, tandem venturos se pollicentur. At Democrates Atheniensis, qui maxime Macedonum opibus semper obstiterat, venia desperata, gladio se transfigit. Ceteri sicut constituerant, ditioni Alexandri se ipsos permittunt. Mille & D milites erant. Præter hos legati ad Darium missi XC. In supplementum distributus miles: ceteri remissi domum, præter Lacedæmonios, quos tradi in custodiam jussit.

Mardorum erat gens confinis Hyrcaniæ, cultu vitæ aspera, & latrociniis assueta. Hæc sola nec legatos miserat, nec videbatur imperata factura. Itaque rex indignatus, si una gens posset efficere, ne invictus esset; impedimentis cum præsidio relictis, invicta manu comitante procedit. Noctu iter fecerat, & prima luce hostis in conspectu erat: tumultus magis quam prælium fuit. Deturbati ex collibus, quos occupaverant, barbari profugiunt; proximique vici ab incolis deserti capiuntur. Interiora regionis ejus haud sane adire sine magna vexatione exercitus poterat. Ju-

que ce bon vieillard n'eût honte de ſe voir à cheval, le Roi étant à pied. Après qu'on eut campé, il fit appeller les Grecs qu'Artabaze avoit amenés, qui firent réponſe, *Que si l'on ne donnoit aussi ſauf-conduit aux Lacédémoniens*, *ils verroient ce qu'ils auroient à faire.* Ces Grecs étoient des Ambaſſadeurs que les Lacédémoniens avoient envoyés à Darius, qui après ſa défaite, s'étoient rangés auprès des Grecs qu'il avoit à ſa ſolde. Le Roi ne voulut point leur donner ſa foi, ni leur rien promettre; mais leur commanda *de venir*, *pour recevoir de lui telle loi qu'il lui plairoit.* Ils furent long-temps à ſe réſoudre, incertains ſur le parti qu'ils devoient prendre. Enfin ils promirent de venir; mais Démocrates Athénien, qui s'étoit toujours oppoſé puiſſamment à la grandeur des Macédoniens, déſeſpérant de ſon pardon, ſe perça de ſon épée; les autres ſe rendirent à diſcrétion, comme ils l'avoient réſolu: ils étoient quinze cens ſoldats, & quatre-vingt dix Ambaſſadeurs. Le Roi incorpora les gens de guerre dans ſes compagnies, & les autres furent renvoyés chez eux, excepté les Lacédémoniens qu'il fit mettre ſous bonne garde.

Il y avoit un peuple voiſin de l'Hyrcanie, appellé les Mardes, hommes brutaux, & accoûtumés aux brigandages, qui étoient les ſeuls qui n'avoient envoyé ni Ambaſſadeurs ni préſents, & qui ne témoignoient pas avoir grande envie d'obéir. Le Roi piqué de cette inſolence, & ne pouvant ſouffrir qu'il y eût une nation qui osât lui diſputer le titre d'invincible, laiſſa le bagage, & tourna contr'eux avec la fleur de ſes troupes: il marcha toute la nuit, & au point du jour il ſe fit voir aux ennemis. Ce fut plutôt un tumulte qu'un combat; les Barbares chaſſés des collines dont ils s'étoient ſaiſis, s'enfuirent, on prit les bourgs voiſins abandonnés des habitants; mais on ne pouvoit entrer bien avant dans le pays ſans beaucoup fatiguer l'armée, parce qu'il eſt preſque tout enfermé de montagnes & de forêts

inaccessibles, outre que les Mardes ont un art tout nouveau de fortifier la plaine. Ils plantent des arbres fort proche les uns des autres, dont ils courbent les branches avec la main, durant qu'elles ſont encore tendres, & les tordant par le bout, ils les replantent & les enfonçent dans terre ; de-là, ſortant comme d'une autre racine, elles font une nouvelle tige, & jettent des troncs plus beaux que les premiers. Ils ne laiſſent pas croître ces derniers ſelon que la nature les produit, mais les croiſent les uns ſur les autres, & quand ils ſont chargés de branchages & de feuilles, ils couvrent toute la campagne, de ſorte que ce ſont comme des filets cachés qui empêchent le paſſage. Il falloit couper les bois pour s'ouvrir un chemin ; mais c'étoit une opération difficile, parce que les troncs des arbres étoient pleins de nœuds, & les verges étant ſouples & courbées en l'air comme des cercles ſuſpendus, obéiſſoient au coup, & le rendoient vain ; les habitants du pays, accoûtumés à paſſer à travers les buiſſons comme des bêtes ſauvages, s'étoient enfoncés dans ce bois, d'où ils tiroient à couvert ſur les ennemis. Le Roi ſe gouverna aussi en chaſſeur, & les relançant de leurs forts, en tua plusieurs, envoya ſes ſoldats faire l'enceinte du bois, avec ordre de ſe jetter dedans pour peu qu'il y eût d'ouverture. Mais comme ils ne ſçavoient pas le pays, la plûpart s'égaroient, & quelques-uns furent pris, & avec eux ſon grand cheval Bucéphale, qu'il considéroit plus que le reſte des animaux ; car il ne ſouffroit pas qu'un autre qu'Alexandre le montât, & quand il le ſentoit approcher, il plioit les jambes pour le recevoir ; de ſorte qu'on croyoit qu'il connoiſſoit celui qu'il portoit. Le Roi outré de colere & de douleur au-de-

ga montium præaltæ silvæ, rupesque inviæ ſepiunt; ea quæ plana ſunt, novo munimenti genere impedierant barbari. Arbores densæ ſunt ex induſtria consitæ, quarum teneros adhuc ramos manu flectunt, quos intortos rurſus inserunt terræ; inde velut ex alia radice lætiores virent trunci. Hos qua natura fert, adolescere non sinunt; quippe alium alii quasi nexu conserunt, qui ubi multa fronde veſtiti ſunt, operiunt terram. Itaque occulti nexus ramorum velut laquei perpetua ſepe iter claudunt. Una ratio erat cædendo aperire ſaltum: ſed hoc quoque magni operis. Crebri namque nodi duraverant ſtipites, & in ſe implicati arborum rami ſuſpensis circulis similes, lento vimine fruſtrabantur ictus. Incolæ autem ritu ferarum virgulta ſubire ſoliti, tum quoque intraverant ſaltum; occultisque telis hoſtem lacessebant. Ille venantium modo latibula ſcrutatus, plerosque confodit: ad ultimum circumire ſaltum milites jubet, ut si qua pateret, irrumperent. Sed ignotis locis plerique oberrabant. Excepti ſunt quidam; inter quos equus regis, Bucephalum vocabant: quem Alexander non eodem quo ceteras pecudes animo æſtimabat. Nam ille nec in dorſo insidere ſuo patiebatur alium; & regem, cum vellet ascendere, ſponte ſua genua ſubmittens excipiebat, credebaturque ſentire quem veheret. Majore ergo quam decebat, ira simul ac dolore ſtimulatus, equum veſtigari jubet; & per interpretem pronuntiari, ni

reddidissent, neminem esse victurum. Hac denuntiatione territi, cum ceteris donis equum adducunt. Sed ne sic quidem mitigatus, *cædi silvas* jubet, *aggestaque humo e montibus planitiem ramis impeditam exaggerari.* Jam aliquantulum altitudinis opus creverat, cum barbari, desperato regionem, quam occupaverant, posse retineri, gentem ſuam dedidere. Rex obsidibus acceptis Phradati tradere eos jussit. Inde quinto die in ſtativa revertitur. Artabazum deinde, geminato honore, quem Darius habuerat ei, remittit domum.

Jam ad urbem Hyrcaniæ, in qua regia Darii fuit, ventum erat. Ibi Nabarzanes accepta fide occurrit, dona ingentia ferens. Inter quæ Bagoas erat ſpecie singulari ſpado, atque in ipso flore pueritiæ; cui & Darius fuerat aſſuetus, & mox Alexander assuevit: ejusque maxime precibus motus Nabarzani ignovit. Erat, ut ſupra dictum eſt, Hyrcaniæ finitima gens Amazonum, circa Thermodoonta amnem Themiscyræ incolentium campos. Reginam habebant Thaleſtrin, omnibus inter Caucasum montem & Phasin amnem imperitantem. Hæc cupidine visendi regis accensa finibus regni ſui excessit; & cum haud procul abesset, præmisit indicantes, *venisse reginam adeundi ejus cognoſcendique avidam.* Protinus facta poteſtate veniendi, cetetis jussis ſubsiſtere, CCC feminarum comitata processit. Atque ut primum rex in conspectu fuit, equo ipsa desiluit duas lanceas dextra præferens.

là de toute bienſéance, commanda *qu'on lui cherchât ſon cheval*, & fit publier, *qu'il extermineroit tout s'il ne ſe retrouvoit*. Les Barbares effrayés le lui ramenerent avec des préſents; mais il ne s'appaiſa pas pour cela, il fit couper les bois, & apporter quantité de terre des montagnes pour combler la plaine & unir le chemin. Comme ils virent l'ouvrage avancé, déſeſpérant de pouvoir tenir ce qu'ils occupoient, ils ſe rendirent avec tout le peuple, & ayant donné des ôtages, le Roi les fit mettre entre les mains de Phradatès. Il fut de retour le cinquiéme jour dans ſon camp, & après avoir fait des honneurs à Artabaze, au double de ce qu'avoit fait Darius, il le renvoya chez lui.

On ne fut pas si-tôt arrivé à la ville d'Hyrcanie, où Darius tenoit autrefois ſa Cour, que Nabarzanes y vint trouver le Roi ſur ſa parole, avec de magnifiques préſents, & entr'autres, il lui amena l'Eunuque Bagoas, beau par excellence, qui étoit encore en la fleur de ſa jeuneſſe: Darius l'avoit beaucoup aimé, & il le fut bientôt après d'Alexandre; ce fut à ſa priere principalement, qu'il pardonna à Nabarzanes. Vers la frontiere de l'Hyrcanie, comme j'ai dit, habitoient les Amazones ſur les rives du fleuve Thermodoon, & dans les campagnes de Themiſcyre, & leur Reine Taleſtris commandoit à toute la contrée qui eſt entre la riviere de Phasis & le mont Caucaſe. Un ardent déſir de voir le Roi fit ſortir cette Princeſſe de ſes Etats, & dès qu'elle fut aſſez proche du camp, elle envoya le prévenir, *qu'il étoit arrivé une Reine qui venoit le visiter, & qui mouroit d'envie de le connoître*. Alexandre lui ayant mandé *qu'elle ſeroit la bien venue*, elle commanda à ſa ſuite de s'arrêter, & ne prit avec elle que trois cens femmes: dès qu'elle apperçut le Roi, elle deſcendit de ſon cheval, portant deux lances en la main droite. L'habit des Amazones ne leur couvre pas tout le corps, car du côté gauche elles ont le ſein découvert, & tout le reſte eſt voilé; leur robe trouſſée

avec un nœud, ne leur passe pas le genou: elles gardent une de leurs mammelles pour nourrir leurs filles, & brûlent la droite pour mieux bander l'arc & lancer le javelot. Taleſtris regardoit le Roi ſans s'étonner, & le considérant attentivement, ne trouvoit pas que ſon extérieur répondît à ſa renommée. Les Barbares n'ont de la vénération que pour la bonne mine, & n'eſtiment capables des grandes actions, que ceux que la Nature a favoriſé des avantages du corps. Le Roi lui ayant fait demander, *Si elle ne désiroit rien de lui ?* Elle confeſſa franchement, *qu'elle étoit venue pour avoir de ſa race, & qu'elle ſe croyoit digne de donner des héritiers à ſon Empire; que si elle avoit une fille, elle la garderoit, & si c'étoit un garçon, elle le rendroit à ſon pere.* Alexandre lui demanda, *si elle vouloit bien aller à la guerre avec lui ?* Elle s'excuſa ſur ce qu'elle n'avoit laiſſé perſonne pour la conduite de ſon Royaume, & ne ceſſoit de le conjurer, *qu'il ne la renvoyât point fruſtrée de ſon eſpérance.* L'ardente pourſuite de cette femme, plus échauffée d'amour que le Roi, l'obligea de ſéjourner là quelque-temps; il lui donna treize jours pour ſatisfaire à ſon désir: ce temps expiré, elle retourna en ſon Royaume, & le Roi en la Parthiene.

CHAP. VI. Ce fut là qu'il leva le maſque, & qu'il ſe livra à toutes ſes passions, changeant en orgueil & en impudicité, la modération & la continence qui l'avoient fait admirer, & qui certainement ſont deux vertus bien rares dans une grande fortune. Il commença à mépriſer les coûtumes de ſon pays, en quittant la bonne diſcipline, l'habit simple, & la forme de vivre réglée des Rois de Macédoine, comme des choſes trop baſſes pour ſa gran-

Veſtis non toto Amazonum corpore obducitur ; nam læva pars ad pectus eſt nuda, cetera deinde velantur. Nec tamen sinus veſtis, quem nodo colligunt, infra genua descendit. Altera papilla intacta ſervatur, qua muliebris ſexus liberos alant : aduritur dextra, ut arcus facilius intendant, & tela vibrent. Interrito vultu regem Thaleſtris intuebatur, habitum ejus haudquaquam rerum famæ parem oculis perluſtrans. Quippe hominibus barbaris in corporum majeſtate veneratio eſt ; magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia ſpecie donare natura dignata eſt. Ceterum interrogata, *num aliquid petere vellet :* haud dubitavit fateri, *ad communicandos cum rege liberos ſe venisse : dignam, ex qua ipse regni generaret heredes. Feminini ſexus ſe retenturam ; marem reddituram patri.* Alexander, *an cum ipso militare vellet ?* interrogat : & ille causata, *sine cuſtode regnum reliquisse ;* petere perseverabat, *ne ſe irritam ſpei pateretur abire.* Acrior ad Venerem feminæ cupido quam regis, ut paucos dies ſubsiſteret, perpulit ; XIII dies in obsequium desiderii ejus absumti ſunt. Tum illa regnum ſuum ; rex Parthienen petiverunt.

CAP. VI. Hic vero palam cupiditates ſuas ſolvit ; continentiamque & moderationem, in altissima quaque fortuna eminentia bona, in ſuperbiam ac lasciviam vertit. Patrios mores disciplinamque Macedonum regum ſalubriter temperatam, & civilem habitum, velut leviora magnitudine ſua ducens ; Persicæ re-

giæ, par Deorum potentiæ faſtigium æmulabatur. Jacere humi venerabundos pati cœpit, paulatimque ſervilibus miniſteriis tot victores gentium imbuere; & captivis pares facere expetebat. Itaque purpureum diadema diſtinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit, veſtemque Persicam ſumsit; ne omen quidem veritus, quod a victoris insignibus in devicti transiret habitum. Et ille ſe quidem Persarum ſpolia geſtare dicebat: ſed cum illis quoque mores induerat; ſuperbiamque habitus animi in insolentia ſequebatur. Literas quoque, quas in Europam mitteret, veteris anuli gemma obsignabat: iis, quas in Asiam ſcriberet, Darii anulus imprimebatur; ut appareret, unum animum duorum non capere fortunam. Amicos vero & equites, cumque his principes militum, aspernantes quidem, ſed recusare non ausos, Persicis ornaverat veſtibus. Pellices CCC & LX, totidem quot Darii fuerant, regiam implebant; quas ſpadonum greges, & ipsi muliebria pati assueti, ſequebantur. Hæc luxu & peregrinis infecta moribus veteres Philippi milites, rudis natio ad voluptates, palam aversabantur: totisque caſtris unus omnium ſensus ac ſermo erat, *plus amissum victoria, quam bello quæsitum eſſe. Tum maxime vinci ipsos, dedique alienis moribus & externis: tantæ moræ pretium, domos quasi in captivo habitu reversuros. Pudere jam ſui. Regem victis quam victoribus similiorem ex Macedoniæ imperatore Darii Satrapen factum.*

deur; il affecta le faste des Rois de Perse, dont l'orgueilleuse pompe osoit s'égaler à la gloire des Dieux. Il vouloit que les vainqueurs de tant de nations se prosternassent à ses pieds, les accoûtumant à des services vils & abjects, & les traitant en esclaves; de sorte qu'il s'environna le front d'un diadême de pourpre mêlé de blanc, comme l'avoit porté Darius, & prit la robe Persienne, sans craindre même le présage qu'on croit fatal au vainqueur, de prendre l'habit du vaincu. Il ne manquoit pas de dire, pour le faire trouver bon, *qu'il se paroit des dépouilles de ses ennemis;* mais le mal est, qu'il se revêtoit aussi de leurs mœurs, & que l'orgueil de l'habit & de l'esprit se suivoient. Aux dépêches qu'il faisoit en Europe, il y apposoit son cachet; mais à celles d'Asie, il se servoit de l'anneau de Darius, montrant par-là, *qu'une seule tête a bien de la peine à supporter le poids de deux grandes Couronnes.* Il obligeoit aussi les Grands de sa Cour, & ses Capitaines, de s'habiller à la Persienne; ils y avoient grande répugnance; mais pas un n'eût osé le contredire. Il avoit fait un serrail de son Palais; on y voyoit trois cens soixante concubines, autant qu'en avoit eu Darius, avec des troupes d'Eunuques qui se prostituoient à toutes sortes de débauches. Les vieux soldats de Philippe, novices dans la volupté, détestoient tout haut ces déreglements, & ces mœurs corrompues par la contagion des Barbares; c'étoit un langage commun dans l'armée: *Qu'on avoit plus perdu que gagnée par la victoire; que c'étoit eux en effet qui se pouvoient dire vaincus, de se soumettre ainsi aux vices des étrangers; qu'enfin, ce seroit-là tout le fruit de leur longe absence, de retourner en leurs maisons habillés comme leurs escla-*

ves ; que déja ils avoient honte de voir qu'Alexandre, de Roi de Macédoine, fût devenu Satrape de Darius. Ce Prince n'ignoroit pas les mécontentements de sa Cour & de son armée, qu'il essayoit de regagner par bienfaits ; mais je ne crois pas que le prix de la servitude, quelque grand qu'il soit, tente une ame généreuse. Dans la crainte que ce mécontentement n'eût de suites, il falloit les occuper, & il s'en présenta une occasion fort à propos. Bessus s'étant revêtu de la robe Royale, se faisoit appeller *Artaxerxés*, & assembloit les Scythes & le reste des peuples du Tanaïs.

Satibarzanes en vint donner l'avis au Roi, qui le reçut dans son Gouvernement. Mais parce que l'armée étoit si chargée de butin & d'attirail inutile, qu'elle ne pouvoit qu'à peine se remuer, il fit porter au milieu de la place publique, premierement tout son bagage, ensuite celui de ses troupes, à la réserve des choses nécessaires, & les fit emporter de là sur des chariots dans une grande campagne. Comme tout le monde étoit en peine de ce qu'il vouloit faire, il renvoya les chevaux, & ayant mis lui-même le feu à son équipage, il commanda qu'on en fît autant à tous les autres ; de sorte qu'on voyoit brûler ces riches dépouilles, où les maîtres mêmes allumoient le feu qu'ils avoient tant de fois éteint, pour les ravir entieres aux ennemis, & personne n'eût osé regretter le prix de son sang, voyant les richesses du Roi consumées par les mêmes flammes. Une courte harangue appaisa leur douleur, & se trouvant plus libres pour leurs fonctions, & prêts à tout faire, ils étoient plus contents d'avoir conservé leur discipline, que fâchés d'avoir perdu leurs biens. Ils prirent donc leur marche vers la Bactria-

Ille non ignarus, & principes amicorum, & & exercitum graviter offendi, gratiam liberalitate donisque recuperare tentabat. Sed, opinor, liberis pretium ſervitutis ingratum eſt. Igitur ne in ſeditionem res verteretur; otium interpellandum erat bello, cujus materia opportune alebatur. Namque Bessus veſte regia ſumta, *Artaxerxen appellari ſe* jusserat; Scythasque & ceteros Tanaïs accolas contrahebat.

Hæc Satibarzanes nuntiabat: quem receptum in fidem, regioni, quam antea obtinuerat, præfecit. Et cum grave ſpoliis apparatuque luxuriæ agmen vix moveretur; *ſuas primum, deinde totius exercitus ſarcinas, exceptis admodum necessariis, conferri* jussit *in medium.* Planities ſpatiosa erat, in quam vehicula onuſta perduxerant. Exſpectantibus cunctis, quid deinde esset imperaturus; jumenta jussit abduci; ſuisque primum ſarcinis face ſubdita, ceteras incendi præcepit. Flagrabant exurentibus dominis, quæ ut intacta ex urbibus hoſtium raperent, ſæpe flammas reſtinxerant; nullo ſanguinis pretium audente deflere, cum regias opes idem ignis exureret. Brevis deinde oratio mitigavit dolorem; habilesque militiæ, & ad omnia parati, lætabantur, ſarcinarum potius, quam disciplinæ fecisse jacturam. Igitur Bactrianam regionem petebant. Sed Nicanor, Parmenionis filius, ſubita mor-

te correptus, magno desiderio sui affecerat cunctos. Rex ante omnes mœstus cupiebat quidem subsistere funeri adfuturus; sed penuria commeatuum festinare cogebat. Itaque Philotas cum II millibus & DC relictus, ut justa fratri persolveret; ipse contendit ad Bessum. Iter facienti literæ ei afferuntur a finitimis satraparum; e quibus cognoscit, Bessum quidem hostili animo occurrere cum exercitu: ceterum Satibarzanem, quem satrapen Ariorum ipse præfecisset, defecisse ab eo. Itaque quanquam Besso imminebat, tamen ad Satibarzanen opprimendum præverti optimum ratus, levem armaturam & equestres copias educit, totaque nocte strenue facto itinere, improvisus hosti supervenit. Cujus cognito adventu Satibarzanes cum II millibus equitum (nec enim plures subito contrahi poterant) Bactra perfugit, ceteri proximos montes occupaverunt. Prærupta rupes erat, qua spectat Occidentem, eadem qua vergit ad Orientem leniore submissa fastigio, multis arboribus obsita, perennem habet fontem, ex quo largæ aquæ manant. Circumitus ejus XXX & II stadia comprehendit. In vertice herbidus campus. In hoc multitudinem imbellem considere jubent: ipsi, qua rupes erat, arborum truncos & saxa obmoliuntur. XIII millia armata erant. In horum obsidione Cratero relicto, ipse Satibarzanen sequi festinat. Et quia longius eum abesse cognoverat; ad expugnandos eos, qui edita montium occupaverant, redit,

ne ; mais Nicanor, fils de Parménion, emporté par une mort ſubite, remplit toute l'armée de deuil, & le Roi, plus affligé que tous, eût bien voulu ſéjourner pour assiſter à ſes funérailles, si la nécessité des vivres ne l'eût contraint de ſe hâter. Il laiſſa Philotas avec deux mille six cens hommes pour rendre les derniers devoirs à ſon frere, & marcha contre Beſſus. En chemin il reçut des lettres de Bactres, qu'il venoit droit à lui avec une armée, réſolu de lui livrer bataille, & que Satibarzanes, qu'il avoit rétabli Satrape des Ariens, s'étoit révolté tout de nouveau ; quoiqu'il en voulût principalement à Beſſus, jugeant néanmoins plus à propos de défaire l'autre le premier, il prit avec lui ſon infanterie lègère & ſa cavalerie, & ayant marché toute la nuit en diligence, le ſurprit au dépourvu. Tout ce put faire Satibarzanes, fut de raſſembler deux mille chevaux, & de s'enfuir vers les Bactriens ; le reſte gagna les montagnes voisines. Il y avoit là un roc eſcarpé du côté d'Occident, mais qui vers l'Orient prenoit une aſſez douce pente, toute couverte de bois, & pleine de ſources, d'où couloit une grande abondance d'eaux. Il a trente-deux ſtades de tour, & au ſommet, une plaine qui n'eſt que de prairies, où ils logerent les perſonnes inhabiles au combat ; les autres, qui étoient treize mille hommes armés, ſe fortifierent ſur les avenues avec des troncs d'arbres, & des pieces de rocher. Le Roi laiſſa Cratere pour les bloquer, & ſe mit à pourſuivre Satibarzanes, juſqu'à ce qu'apprenant qu'il étoit déja bien loin, il tourna tout court au siége de la montagne, où il fit d'abord nettoyer tout ce qui pouvoit nuire à ſes approches ; ne rencontrant plus que des précipices & des rochers coupés, il ſembloit qu'il y avoit

de la manie à vouloir forcer la Nature. Comme il avoit un courage à ſe roidir toujours contre les difficultés, voyant qu'il étoit impossible de paſſer outre, & dangereux de retourner en arriere, il rouloit en ſon eſprit toutes ſortes d'expédients, qu'il condamnoit tous l'un après l'autre, effet ordinaire de l'irréſolution; & dans cette perplexité, la fortune lui fourniſſoit une reſſource qu'il ne pouvoit attendre de lui-même.

Il ſe leva un vent impétueux du côté de l'Occident, & comme les ſoldats, pour s'ouvrir un chemin dans les rochers, avoient coupé beaucoup de bois que le ſoleil avoit ſéché, il fit entaſſer là-deſſus quantité de bûches les unes ſur les autres, juſqu'à ce qu'elles eurent bientôt égalé la hauteur de la montagne. Alors ont y mit le feu, qui prit incontinent par-tout, même aux forêts voisines. Le vent portoit la flamme droit au viſage des Barbares, avec une fumée si épaiſſe, qu'ils en perdoient la vue & la reſpiration: pour éviter le dernier de tous les ſupplices, ils tâchoient de ſe ſauver par où le feu donnoit tant ſoit peu de jour; mais en échappant des flammes, ils rencontroient l'ennemi: ainsi périrent-ils tous miſérablement en différentes façons. Les uns ſe précipiterent par les rochers, les autres dans les brasiers ardents, & les derniers à travers les armes des ennemis; peu tomberent vifs entre leurs mains, & encore étoient-ils demi-brûlés. De-là il revint trouver Cratere, qui assiégeoit Artacane, & qui, ſur le point de l'emporter, attendoit la venue du Roi, pour lui laiſſer, comme il étoit raiſonnable, l'honneur de la priſe. Alexandre fit avancer ſes bat-

ac primo repurgari jubet, quidquid ingredi possent: deinde ut occurrebant inviæ cotes, præruptæque rupes; irritus labor videbatur obſtante natura. Ille, ut erat animi ſemper obluctantis difficultatibus; cum & progredi arduum, & reverti periculosum esset, versabat ſe ad omnes cogitationes, aliud atque aliud, ita ut fieri ſolet ubi prima quæque damnamus, ſubjiciente animo. Hæsitanti, quod ratio non potuit, fortuna consilium ſubminiſtravit.

Vehemens Favonius erat, & multam materiam ceciderat miles, aditum per ſaxa molitus. Hæc vapore torrida inaruerat. Ergo *aggeri alias arbores* jubet, *& igni dari alimenta:* celeriterque ſtipitibus cumulatis faſtigium montis æquatum eſt. Tunc undique ignis injectus cuncta comprehendit. Flammam in ora hoſtium ventus ferebat; fumus ingens velut quadam nube absconderat cælum. Sonabant incendio silvæ; atque ea quoque, quæ non incenderat miles, concepto igne proxima quæque adurebant. Barbari ſuppliciorum ultimum, si qua intermoreretur ignis, effugere tentabant; ſed qua flamma dederat locum, hoſtis obſtabat. Varia igitur cæde consumti ſunt. Alii in medios ignes; alii in petras præcipitavere ſe; quidam manibus hoſtium ſe obtulerunt: pauci ſemiuſtulati venere in poteſtatem. Hinc ad Craterum, qui Artacanam obsidebat, redit. Ille, omnibus præparatis, regis exspectabat adventum, captæ urbis titulo, sicut par erat, cedens. Igitur Alexander

turres admoveri jubet; ipsoque aspectu territi barbari, e muris supinas manus tendentes, orare cœperunt, *iram in Satibarzanem defectionis auctorem reservaret; supplicibus semet dedentibus parceret.* Rex data venia, non obsidionem modo solvit, sed omnia sua incolis reddidit. Ab hac urbe digresso supplementum novorum militum occurrit. Zoïlus D equites ex Græcia adduxerat: III millia ex Illyrico Antipater miserat. Thessali equites C & XXX cum Philippo erant: ex Lydia II millia, & DC peregrinus miles advenerant: CCC equites gentis ejusdem sequebantur. Hac manu adjecta Drangas pervenit. Bellicosa natio est. Satrapes erat Barzaëntes, sceleris in regem suum particeps Besso. Is suppliciorum, quæ meruerat, metu profugit in Indiam.

CAP. VII. Jam nonum diem stativa erant, cum externa vi non interritus modo rex, sed invictus, intestino facinore petebatur. Dymnus modicæ apud regem auctoritatis & gratiæ, exoleti, cui Nicomacho erat nomen, amore flagrabat; obsequio uni sibi dediti corporis victus. Is, quod ex vultu quoque perspici poterat, similis attonito, remotis arbitris cum juvene secessit in templum, *arcana se & silenda afferre præfatus:* suspensumque exspectatione *per mutuam caritatem & pignora utriusque animi* rogat, *ut affirmet jurejurando, quæ commisisset, silentio esse tecturum.* Et ille ratus, nihil, quod etiam cum perjurio detegendum foret, indicaturum, per præsentes Deos ju-

teries;

teries ; les Barbares effrayés, tendant les mains de dessus les murs, le supplierent *de réserver sa colere contre Satibarzanes, auteur de la révolte, & de ne pas la décharger sur eux, qui imploroient sa clémence & se mettoient à sa merci.* Le Roi ne leur pardonna pas seulement, mais les remit aussi dans leurs biens. Au sortir de là il rencontra ses recrues. Zoïle lui amenoit cinq cens chevaux de Grece, & Antipater lui en envoyoit trois mille d'Illyrie. Il y avoit CXXX hommes d'armes, Thessaliens, qui étoient demeurés sous la conduite de Philippe, & il lui étoit venu de Lydie deux mille six cens soldats étrangers, & trois cens chevaux de la même nation. Avec ce renfort il entra dans le pays des Drances, peuple belliqueux, dont Barzaentes étoit Satrape, & qui appréhendant le supplice qu'il avoit mérité, comme complice de Bessus, s'étoit retiré chez les Indiens.

CHAP. VII. Il y avoit déja neuf jours que l'armée campoit, quand le Roi, qui n'avoit pû être vaincu par aucune puissance étrangere, fut presque opprimé par des embûches domestiques. Un certain Dymnus, peu satisfait de la Cour, & qui aimoit fort un jeune homme nommé Nicomachus, vint le trouver tout ému, & lui dire, *qu'il avoit une affaire de grande importance à lui communiquer*, & le tirant à l'écart dans un Temple, le conjure par leur amitié, *de jurer qu'il garderoit le secret.* Nicomachus ne se doutant pas que ce fût une chose à réveler, au préjudice même de son serment, jure en la présence des Dieux. Alors Dymnus lui déclare, *qu'il y avoit une conspiration contre la personne du Roi, qui devoit s'exécuter dans trois jours, & qu'il étoit de la partie avec des gens de cœur, & des plus qualifiés.*

L'autre proteste aussi-tôt, *qu'il n'a point donné sa foi pour un parricide, & qu'il ne croyoit pas qu'il y eût serment qui l'obligeât à celer un crime si détestable.* Dymnus saisi de crainte l'embrasse, & les larmes aux yeux, le supplie, *premierement d'être de l'entreprise, ou s'il ne vouloit pas, au moins de ne point trahir son ami, qui lui avoit confié sa vie;* mais comme il persistoit à détester ce dessein, il tâche de l'intimider, en l'assurant, *que les conjurés commenceroient par lui;* & l'appellant tantôt lâche, tantôt perfide, & lui promettant quelquefois même un Royaume, il tentoit de tous côtés cet esprit, qui avoit de plus en plus en horreur un si grand crime. Enfin, tirant son épée, & la portant à la gorge de ce jeune homme, & après à la sienne, suppliant & menaçant tout ensemble, il fit tant qu'il lui fit promettre, *non-seulement de garder le silence, mais même de mettre la main à l'œuvre.* Cependant dans son cœur il demeura ferme en sa premiere volonté; mais il feignit d'avoir tant d'affection pour cet ami, qu'il ne lui pouvoit rien refuser, & lui demanda ensuite *avec qui il s'étoit associé en une affaire de cette conséquence, & qu'il importoit beaucoup de sçavoir quels hommes y étoient employés.* Dymnus transporté de joie, ne sçavoit quelles louanges lui donner d'une si généreuse résolution, de vouloir se joindre aux plus honnêtes gens de la Cour, à Démétrius, Capitaine des Gardes-du-corps, à Peucolaüs, à Nicanor, auquel il ajoûta Aphebetus, Locée, Dioxene, Archepolis & Amyntas. Sur cela, s'étant séparés, Nicomachus court à son frere, nommé Cébalinus, lui découvre tout ce qu'il venoit d'apprendre. Ils jugerent à propos de laisser Nicomachus dans la tente, de peur que si on le voyoit chez le Roi,

rat. Tum Dymnus aperit, *in tertium diem insidias regi comparatas, seque ejus consilii fortibus viris & illustribus esse participem.* Quibus juvenis auditis, *se vero fidem in parricidio dedisse* constanter abnuit, *nec ulla religione, ut scelus tegat, posse constringi.* Dymnus, & amore & metu amens, dextram exoleti complexus, & lacrymans, orare primum, *ut particeps consilii operisque fieret. Si id sustinere non posset; attamen ne proderet se, cujus erga ipsum benevolentiæ præter alia quoque haberet fortissimum pignus, quod caput suum permisisset fidei adhuc inexpertæ.* Ad ultimum aversari scelus perseverantem metu mortis terret: *ab illo capite conjuratos pulcherrimum facinus inchoaturos.* Alias deinde effeminatum & muliebriter timidum, alias proditorem amatoris appellans, nunc ingentia promittens, interdumque regnum quoque, versabat animum tanto facinore procul abhorrentem. Strictum deinde gladium modo illius, modo suo admovens jugulo; supplex idem & infestus expressit tandem, *ut non solum silentium, sed etiam operam* polliceretur. Namque abunde constantis animi, & dignus, qui pudicus esset, nihil ex pristina voluntate mutaverat. Sed, se captum Dymni amore, simulabat nihil recusare. Sciscitari inde pergit, cum quibus tantæ rei societatem inisset. Plurimum referre, quales viri tam memorabili operi admoturi manus essent. Ille, & amore & scelere malesanus, simul gratias agit, simul gratulatur; quod fortissimis juvenum non dubitasset

se jungere Demetrio corporis custodi, Peucolao, Nicanori. Adjicit his Aphæbetum, Loceum, Dioxenum, Archepolim, & Amyntam. Ab hoc sermone dimissus Nicomachus, ad fratrem, Cebalino erat nomen, quæ acceperat, defert. Placet ipsum subsistere in tabernaculo; ne, si regiam intrasset, non assuetus adire regem, conjurati proditos se esse rescisserent. Ipse Cebalinus ante vestibulum regiæ, neque enim propius aditus ei patebat, consistit; operiens aliquem ex prima cohorte amicorum, quo introduceretur ad regem. Forte ceteris dimissis, unus Philotas, Parmenionis filius, incertum quam ob causam, substiterat in regia.

Huic Cebalinus, ore confuso magnæ perturbationis notas præ se ferens, aperit, quæ ex fratre compererat; & *sine cunctatione nuntiari regi* jubet. Philotas laudato eo, protinus intrat ad Alexandrum; multoque invicem de aliis rebus consumto sermone, nihil eorum, quæ ex Cebalino cognoverat, nuntiat. Sub vesperam eum prodeuntem in vestibulo regiæ excipit juvenis; *an mandatum executus foret* requirens. Ille, *non vacasse sermoni regem*, causatus, discessit. Postero die Cebalinus venienti in regiam præsto est: intrantemque admonet *pridie communicatæ cum ipso rei*. Ille, *curæ sibi esse*, respondit: ac ne tum quidem regi quæ audierat, aperit. Cœperat Cebalino esse suspectus. Itaque non ultra interpellandum ratus, nobili juveni, Metron erat ei nomen, su

où il n'avoit pas coûtume d'aller, les conjurés n'en priſſent quelque ſoupçon ; & l'autre ſe tint entre les deux portes du palais, parce qu'il ne lui étoit pas permis d'entrer plus avant, attendant quelqu'un pour l'introduire vers le Roi. Par hazard, tous les autres étant ſortis ; Philotas, fils de Parménion, étoit reſté ſeul avec lui, on ne ſçait pourquoi.

Cébalinus l'abordant avec un viſage fort troublé, lui rapporta ce qu'il avoit appris de ſon frere, & le pria d'en avertir le Roi promptement. Philotas ayant loué ſa fidélité, rentre de ce pas chez le Roi, & s'étant entretenu long-temps d'autres choſes, ne lui dit pas un mot de ce que Cébalinus lui avoit rapporté. Sur le ſoir, ce jeune homme le prenant à la ſortie, & lui demandant, *s'il avoit fait ce dont il l'avoit prié ?* Il lui répondit bruſquement, *qu'il n'avoit ſçû parler au Roi*, & paſſa outre. Le lendemain Cébalinus ſe préſenta encore à lui comme il entroit au palais, & le conjurant *de ſe ſouvenir de ce qu'il lui avoit communiqué le jour de devant*, il lui dit, *qu'il n'avoit garde d'y manquer*, & cependant il n'en parla point encore. Dès-lors Cébalinus commença à ſe méfier de lui, & jugeant qu'il ne falloit plus s'y adreſſer, découvrit l'affaire à un jeune Gentilhomme nommé Métron, maître de la garde-robe, qui l'ayant fait cacher, court auſſi-tôt le dire au Roi dans le bain où il étoit : le Prince envoya en même-temps des archers de ſa garde pour prendre Dymnus. Entrant enſuite dans ſa garde-robe, & Cébalinus qui y attendoit, s'écriant de joie, *qu'il l'avoit ſauvé*

des mains de ſes ennemis, Alexandre en apprit toutes les particularités, & lui demanda *depuis quand il le ſçavoit?* & ayant confeſſé *qu'il y avoit déja trois jours*, le Roi crut qu'il n'auroit pas tant tardé ſans avoir part au crime, & commanda qu'on lui mît les fers aux pieds. Il proteſte, *que du moment qu'il l'a ſçu, il l'a dit à Philotas, qu'on n'avoit qu'à s'en informer de lui*; & le Roi insiſtant encore, *s'il s'étoit adreſſé à Philotas, & s'il l'avoit preſſé de l'en avertir?* Comme il ſoûtenoit toujours qu'oui, alors levant les mains au ciel, il ſe plaignit avec larmes, *qu'une perſonne qu'il avoit tant aimée, le payât d'une telle reconnoiſſance.* Cependant Dymnus ſe doutant bien pourquoi le Roi le mandoit, ſe paſſa ſon épée au travers du corps, & les gardes l'empêchant de s'achever, l'emporterent au palais. Le Roi l'enviſageant, lui demanda, *ce qu'il lui avoit donc fait, pour juger Philotas plus digne du Royaume de Macédoine qu'Aléxandre?* mais il avoit déja perdu la parole; de ſorte qu'après un profond ſoupir, tournant la têt de l'autre côté, il rendit l'eſprit. Le Roi ayan fait appeller Philotas, lui dit: *Cébalinus mérite l mort, au cas qu'il ait celé durant deux jours un conjuration faite contre moi; mais il ſe décharg ſur vous de ce crime, & ſoutient qu'il ne l'a pa si-tôt ſçu qu'il vous en a averti. Certainement plu vous avez de part en mon amitié, plus votre silenc eſt criminel, & je confeſſe que ce procédé conve noit mieux à Cébalinus qu'à Philotas. Mais vou avez affaire à un juge favorable, s'il eſt possib que vous puissiez nier ce que vous n'avez pas d commettre.* Philotas répondit ſans s'étonner, si l'o s'en peut fier au viſage, *Qu'à la vérité, Cébalin*

per armamentarium posito, quod ſcelus pararetur, indicat. Ille Cebalino in armamentario abscondito, protinus regi, corpus forte curanti, quid ei index detulisset, oſtendit. Rex, ad comprehendendum Dymnum missis ſtatellitibus, armamentarium intrat. Ibi Cebalinus gaudio elatus, *habeo te*, inquit, *incolumem ex impiorum manibus ereptum.* Percontatus deinde Alexander, quæ noscenda erant, ordine cuncta cognoscit. Rursusque inſtitit quærere, *quotus dies esset, ex quo Nicomachus ad eum detulisset indicium?* Atque illo fatente, *jam tertium esse;* exiſtimans, haud incorrupta fide tanto poſt deferre, quæ audierat, *vinciri eum* jussit. Ille clamitare cœpit, *eodem temporis momento, quo audisset, ad Philotan decurrisse: ab eo percontaretur.* Rex item quærens, *an Philotan adisset? an inſtitisset ei, ut perveniret ad ſe?* perseverante eo affirmare, quæ dixerat; manus ad cœlum tendens, manantibus lacrymis, *hanc sibi a carissimo quondam amicorum relatam gratiam* querebatur. Inter hæc Dymnus, haud ignarus quam ob causam accerseretur a rege, gladio, quo forte erat cinctus, graviter ſe vulnerat; occursuque ſatellitum inhibitus, perfertur in regiam. Quem intuens rex, quod, inquit, in te, Dymne, tantum cogitavi nefas; *ut tibi Macedonum regno dignior Philotas me quoque ipso videretur?* Illum jam defecerat vox. Itaque edito gemitu, vultuque a conspectu regis averso, ſubinde collapsus extinguitur. Rex, Philota *venire in regiam* jusso,

Cebalinus, inquit, *ultimum ſupplicium meritus, si in caput meum præparatas insidias biduo texit; hujus criminis reum Philotan ſubſtituit: ad quem protinus indicium detulisse ſe affirmat. Quo propiore gradu amicitiæ me contingis, hoc majus eſt dissimulationis tuæ facinus; & ego Cebalino magis, quam Philotæ id convenire fateor. Faventem habes judicem, si quod admitti non opportuit, ſaltem negari poteſt.* Ad hoc Philotas haud ſane trepidus, si animus vultu æſtimaretur, *Cebalinum quidem ſcorti ſermonem ad ſe detulisse; ſed ipsum tam levi auctori nihil credidisse* respondit; *veritum, ne jurgium inter amatorem & exoletum, non sine risu aliorum, detuliſſet. Cum Dymnus interemerit se ipsum, qualiacumque erant, non fuisse reticenda.* Complexusque regem orare cœpit, *ut præteritam vitam potius quam culpam, silentii tamen, non facti ullius, intueretur.* Haud facile dixerim, credideritne ei rex, an altius iram ſuppresserit; dextram reconciliatæ gratiæ pignus obtulit; & *contemtum magis, quam celatum indicium esse videri sibi* dixit.

Cap. VIII. Advocato tamen consilio amicorum, cui tum Philotas adhibitus non eſt, *Nichomachum introduci* jubet. Is eadem, quæ detulerat ad regem, ordine exposuit. Erat Craterus regi carus in paucis, & eo Philotæ ob æmulationem dignitatis adversus. Neque ignorabat, ſæpe Alexandri auribus nimia jactatione virtutis atque operæ gravem fuisse: & ob ea non quidem ſceleris, ſed contumaciæ tamen ſuſpectum. Non aliam premendi inimici

lui avoit rapporté quelques discours d'un jeune débauché ; mais qu'il n'avoit pas daigné ajoûter foi à un auteur si lèger, craignant de s'exposer à la risée de tout le monde, si au lieu d'une affaire de cette importance, il ne se fût trouvé qu'une querelle entre deux infâmes ; qu'il avouoit néanmoins, puisque Dymnus s'étoit tué, qu'il ne falloit pas l'avoir négligé, quoique ce pût être ; & là-dessus, embrassant les genoux du Roi, le supplia d'avoir plus d'égard à la façon dont il avoit vécu par le passé, qu'à la faute qu'il pouvoit avoir faite présentement, laquelle, après tout, ne consistoit qu'à s'être tû, & nonpas à avoir rien fait ni attenté contre sa personne. Je ne puis assurer si le Roi fut satisfait, ou non, de cette réponse : il lui donna la main en signe de réconciliation, & lui dit ; *qu'il vouloit croire qu'il avoit plutôt méprisé l'avis, qu'il ne l'avoit celé.*

CHAP. VIII. Cependant, ayant tenu conseil avec ses principaux confidents, où Philotas ne fut point appellé, il commanda, *qu'on fît venir Nicomachus*, qui déduisit par ordre les mêmes choses que son frere avoit rapportées. Cratere étoit un des favoris d'Alexandre, & par cette raison d'autant plus jaloux de la grandeur de Philotas. Il n'ignoroit pas qu'à force de se vanter de ses exploits & de ses services, il s'étoit rendu souvent importun au Roi, qui ne le soupçonnoit pas de crime, mais néanmoins, le regardoit comme un esprit dangereux. Jugeant donc qu'il ne pouvoit jamais se présenter une plus belle occasion de perdre son ennemi ; il couvrit sa haine du voile de la piété, &

parla au Roi en cette ſorte. » Plût à Dieu, Seigneur, que dès le commencement vous nous euſſiez communiqué cette affaire ; notre ſentiment eût été, si vous vouliez pardonner à Philotas, de lui laiſſer plutôt ignorer combien il vous étoit redevable, que non-pas, après lui avoir fait craindre la mort, l'obliger de ſonger plus ſouvent au danger qu'il a couru, qu'à la grace que vous lui avez faite. Il ſera toujours en ſon pouvoir de machiner contre vous, & je ne ſçai si vous ſerez toujours en état de lui pardonner, car ne croyez pas que le pardon change un cœur qui a pû concevoir un parricide : il ſçait bien qu'il n'y a plus rien à eſperer pour ceux qui ont épuiſé toutes les reſſources de pardon que l'on peut attendre de de l'indulgence. Mais je veux que touché de repentir, ou vaincu par votre bonté, il en demeure là, je ſuis aſſuré que Parménion, chef d'une si grande armée, & qui s'eſt acquis depuis longtemps tant d'autorité dans vos troupes ; en un mot, de qui la grandeur n'en doit gueres à la vôtre, ne ſera pas bien aiſe de vous avoir obligation de la vie de ſon fils. Il y a certaines ſortes de bienfaits qui nous outragent : on a toujours honte d'avouer qu'on ait mérité la mort, & ainsi il aimera mieux qu'on croye que vous lui avez fait tort, que non-pas que vous lui ayez fait grace. Dès-là votre tête eſt en compromis, & préparez-vous à la diſputer avec eux. Nous avons pourtant aſſez d'autres ennemis ſans cela, mais gardez-vous ſeulement des ennemis domeſtiques. Si vous faites tant que de vous en défendre, je ne crains point les étrangers «.

Voilà ce que dit Cratere, & perſonne ne douta qu'à moins que d'être auteur ou complice de la conjuration, Philotas n'en auroit pas uſé ainsi: » Car, *diſoient-ils*, qui ſeroit l'homme de bien, &

occasionem aptiorem futuram ratus, odio ſuo pietatis præferens ſpeciem : » Utinam, *inquit*, » in principio quoque hujus rei nobiscum deli- » berasses. Suasissemus, si Philotæ velles ig- » noscere, patereris potius ignorare eum, » quantum deberet tibi; quam usque ad mor- » tis metum adductum cogeres potius de peri- » culo ſuo, quam de tuo cogitare beneficio. » Ille enim ſemper insidiari tibi poterit; tu » non ſemper Philotæ poteris ignoscere. Nec » eſt quod exiſtimes, eum, qui tantum fa- » cinus ausus eſt, venia posse mutari. Scit » eos, qui misericordiam consumserunt, am- » plius ſperare non posse. At ego, etiam si ip- » ſe vel pœnitentia, vel beneficio tuo victus » quiescere volet; patrem ejus Parmenionem, » tanti ducem exercitus, & inveterata apud » milites tuos auctoritate, haud multum infra » magnitudinis tuæ faſtigium positum, ſcio » non æquo animo ſalutem filii ſui debiturum » tibi. Quædam beneficia odimus. Meruisse » mortem confiteri pudet. Supereſt, ut ma- » lit videri injuriam accepisse, quam vitam. » Proinde ſcio, tibi cum illis de ſalute esse » pugnandum. Satis hoſtium ſupereſt, ad quos » persequendos ituri ſumus: latus a domeſticis » hoſtibus muni. Hos si ſubmoves, nihil me- » tuo ab externo.

Hæc Craterus; nec ceteri dubitabant, quin conjurationis indicium ſuppressurus non fuiſ- set, nisi auctor, aut particeps. » Quem enim » pium & bonæ mentis, non amicum modo,

» sed ex ultima plebe, auditis quæ ad eum delata erant, non protinus ad regem fuisse cursurum? Ne Cebalini quidem exemplo, qui ex fratre comperta ipsi nuntiasset, Parmenionis filium, præfectum equitatus, omnium arcanorum regis arbitrum? simulasse etiam non vacasse sermoni suo regem, ne index alium internuntium quæreret. Nicomachum, religione quoque Deûm adstrictum, conscientiam suam exonerare properasse: Philotan, consumto per ludum jocumque pene toto die, gravatum esse pauca verba, ad caput regis pertinentia, tam longo & forsitan supervacuo inserere sermoni. At enim non credidisse talia deferentibus pueris! cur igitur extraxisset biduum, tanquam indicio haberet fidem? dimittendum fuisse Cebalinum, si delationem ejus damnabat. In suo quemque periculo magnum animum habere; cum de salute regis timeretur, credulos esse debere; vana quoque deferentes admittere ». Omnes igitur quæstionem de eo, ut participes sceleris indicare cogeretur, habendam esse decernunt. Rex admonitos, ut consilium silentio premerent, dimittit. Pronuntiari deinde iter in posterum diem jubet; ne qua novi initi consilii daretur nota. Invitatus est etiam Philotas ad ultimas ipsi epulas, & non cœnare modo, sed etiam familiariter colloqui cum eo, quem damnaverat, sustinuit.

Secunda deinde vigilia, luminibus extinctis, cum paucis in regiam coëunt Ephæstion,

» tant ſoit peu ſenſé, je ne dirai pas un favori, ni
» une perſonne de la condition de Philotas, mais
» qui que ce ſoit de la lie du peuple, qui ayant ap-
» pris ce qu'on lui avoit dit, n'en eût fait aussi-tôt
» le rapport au Roi, même à l'exemple de Cébali-
» nus? Quoi! le fils de Parménion, Colonel de la
» cavalerie, à qui le Roi confioit ſes plus ſecrete
» penſées, nous fera croire qu'il n'a pû parler à lui,
» pour amuſer toujours Cébalinus, & l'empêcher
» de s'adreſſer à un autre? Nicomachus, nonobſtant
» ſon ſerment, s'eſt hâté d'en décharger ſa con-
» ſcience, & Philotas ayant paſſé preſque tout un
» jour à ſe divertir avec le Roi, n'aura daigné dans
» un si long entretien, & parmi tant de paroles
» inutiles, toucher un mot d'une affaire où il s'a-
» git de la vie? Mais c'étoit de jeunes gens peu di-
» gnes de foi qui rapportoient tout cela. Pourquoi
» donc les tenir deux jours, comme s'il y eût ajoûté
» foi? Il n'avoit qu'à renvoyer Cébalinus, s'il fai-
» ſoit si peu d'état de ſon rapport. Les particuliers,
» dans le péril qui les regarde, doivent montrer du
» courage, & ne ſe pas effrayer lègèrement; mais
» quand il y va du ſalut du Prince, il faut tout
» craindre & tout croire, juſqu'aux fables & aux
» ſonges «. Enfin tous concluent à la queſtion, pour le contraindre à déclarer les complices. Le Roi leur recommandant le ſecret, les congédia, & de peur qu'on ne ſe doutât de rien, fit publier la marche pour le lendemain; il convia même Philotas à ſouper, ce fut ſon dernier repas; le Prince eut la patience de manger & de s'entretenir famìlierement avec lui, venant de le condamner.

Vers la ſeconde veille, Epheſtion, Cratere, Cénus, & Erygius, les flambeaux étant éteints, en-

trerent au palais avec peu de gens, accompagnés encore de Perdiccas & de Léonatus, qui firent commandement à ceux qui étoient de garde devant le logement du Roi, *de paſſer la nuit ſous les armes.* On avoit aussi diſpoſé de la cavalerie par toutes les avenues, afin que perſonne n'allât avertir Parménion, qui commandoit alors en Médie avec une puiſſante Armée. Cependant Attarras avoit mené au palais trois cens hommes armés, & dix hommes de commandement, chacun deſquels étoit ſuivi de dix archers, qui furent diſtribués en divers quartiers pour ſe ſaisir des autres conjurés. Attarras étant envoyé avec les trois cens vers Philotas, en prit cinquante des plus hardis pour forcer la porte, après avoir commandé aux autres d'environner la maiſon, de peur qu'il n'échappât par quelque iſſue dérobée. Mais ſoit qu'il ſentît ſa conſcience nette, ou qu'il fût aſſoupi de lassitude, il dormoit d'un profond ſommeil, quand Attarras mit la main ſur lui, & s'éveillant en ſurſaut comme on le chargeoit de fers, il s'écria, *Ah! Seigneur, la rage de mes ennemis a prévalu ſur votre bonté.* Il ſe tut, enſuite on lui couvrit le viſage, & on l'emmena au Palais. Le lendemain les troupes Macédoniennes ayant eu ordre de s'y rendre en armes, il s'y trouva environ six mille ſoldats, & quantité de goujats & de vivandiers, dont le palais fut incontinent rempli. Les gardes couvroient Philotas de leur bataillon, de crainte qu'il ne fût apperçu des ſoldats avant que le Roi leur eût parlé. C'étoit une ancienne coûtume des Macédoniens, qu'en temps de guerre l'armée connoiſſoit des crimes capitaux, comme en temps de paix le peuple; de ſorte que la puiſſance du Prince n'avoit lieu qu'autoriſée de l'un ou

& Craterus, & Cœnus, & Erigyus: hi ex amicis; ex armigeris autem Perdiccas & Leonnatus. Per hos imperatum, *ut, qui ad prætorium excubabant, armati vigilarent.* Jam ad omnes aditus dispositi milites; equites quoque itinera obsidere jussi; ne quis ad Parmenionem, qui tum Mediæ magnisque copiis præerat, occultus evaderet. Attarras autem cum trecentis armatis intraverat regiam: huic decem ſatellites traduntur, quorum singulos deni armigeri ſequebantur. Ii ad alios conjuratos comprehendendos diſtributi ſunt: Attarras, cum trecentis ad Philotan miſſus, clausum aditum domus moliebatur, quinquaginta juvenum promtissimis ſtipatus. Nam ceteros cingere undique domum juſſerat, ne occulto aditu Philotas posset elabi. Illum, sive ſecuritate animi, sive fatigatione resolutum ſomnus oppresserat; quem Attarras torpentem adhuc occupat. Tandem ei ſopore discusso cum injicerentur catenæ; *Vicit*, inquit, *bonitatem tuam, rex, inimicorum acerbitas.* Nec plura locutum capite velato in regiam adducunt. Poſtero die rex edixit, omnes armati coirent. Sex millia fere militum venerant: præterea turba lixarum calonumque impleverant regiam. Philotan armigeri agmine ſuo tegebant, ne ante conspici posset a vulgo, quam rex allocutus milites eſſet. De capitalibus rebus vetuſto Macedonum modo inquirebat exercitus, in pace erat vulgi. Nihil poteſtas regum valebat; nisi prius va-

luisset auctoritas. Igitur primum Dymni cadaver infertur, plerisque quid patrasset, quove casu exstinctus esset, ignaris.

Cap. IX. Rex deinde in concionem procedit, vultu præferens dolorem animi. Amicorum quoque mœstitia exspectationem haud parvam rei fecerat. Diu rex demisso in terram vultu attonito stupentique similis stetit. Tandem recepto animo : » Pene, *inquit*, milites, » paucorum hominum scelere vobis ereptus » sum. Deûm providentia & misericordia vi- » vo. Conspectusque vestri venerabilis cogit, » ut vehementius parricidis irascerer ; quo- » niam spiritus, immo unus vitæ meæ fruc- » tus est, tot fortissimis viris, & de me op- » time meritis, referre adhuc gratiam posse. Interrupit orationem militum gemitus, obortæque sunt omnibus lacrymæ. Tum rex, » quanto, *inquit*, majorem in animis vestris » motum excitabo, cum tanti sceleris aucto- » res ostendero : quorum mentionem adhuc » reformido ; & tanquam salvi esse possint, » nominibus abstineo ? Sed vincenda est me- » moria pristinæ caritatis, & conjuratio im- » piorum civium detegenda. Quomodo au- » tem tantum nefas sileam ? Parmenio, illa » ætate, tot meis, tot parentis mei meritis » devinctus, omnium nobis amicorum vetus- » tissimus, ducem tanto sceleri se præbuit. » Minister ejus Philotas Peucolaum, & De- » metrium, & hunc Dymnum, cujus corpus » aspicitis, ceterosque ejus amentiæ in caput

de l'autre. On expoſa premierement le corps de Dymnus, la plûpart ne ſçachant ce qu'il avoit fait, ni comment il étoit mort.

CHAP. IX. Le Roi vint à l'aſſemblée, portant la douleur peinte ſur le front, & toute ſa Cour de même, chacun attendant où aboutiroit tout ce funeſte appareil. Le Roi tint long-temps les yeux baiſſés contre terre comme tout interdit; enfin, ayant repris ſes eſprits, il commença à dire: » Peu » s'en eſt fallu, ſoldats, que je ne vous aie été » ravi par la méchanceté des hommes; mais me » voici encore plein de vie, par la providence & » miséricorde des Dieux, & je proteſte que rien ne » m'incite davantage à la pourſuite des parricides, » que cette illuſtre Aſſemblée, dont l'intérêt m'eſt » plus cher que ma conſervation: je ne ſouhaite » de vivre que pour vous, & le plus doux fruit » de ma vie, pour ne pas dire l'unique, eſt la ſa» tisfaction que j'aurois de pouvoir reconnoître les » ſervices de tant de braves hommes à qui je dois » tout «. A ces mots il fut interrompu par les cris & les gémiſſements des ſoldats, qui pleuroient. » Hé! que ſera-ce donc, *pourſuivit-il*, quand je » vous aurai dit les auteurs d'un si exécrable at» tentat, dont je ne puis encore parler ſans fré» mir, & je m'abſtiens volontiers de les nommer, » comme si l'on pouvoit leur faire grace. Mais » loin d'ici toute tendreſſe d'amitié, il en faut » vaincre le ſentiment, & en éteindre la mémoi» re. Il faut qu'on ſçache qui ſont ces monſtres qui » s'élevent parmi nous; & le moyen de céler un » si horrible forfait? Parménion, en l'âge où il eſt, » obligé en tout ce qu'on le peut être au Roi mon » pere & à moi, par tant de bienfaits qu'il en a re» çus, le plus ancien de nos confidents, s'eſt fait » chef d'un si déteſtable complot; Philotas, ſon » Lieutenant en cette glorieuſe entrepriſe, a ſu» borné Peucolaüs, Démétrius, & ce miſérable » que vous voyez-là étendu, & quelques autres

» encore agités de la même fureur, il les a, dis-je, » subornés pour m'ôter la vie «. Alors il s'éleva de tous côtés un murmure mêlé d'indignation & de plaintes, comme il arrive dans une multitude, surtout de gens de guerre, quand elle s'emporte d'affection ou de colere.

On fit venir Nicomachus, Métron & Cébalinus, qui déposerent tout ce qu'ils avoient rapporté. Pas un d'eux ne chargeoit Philotas d'avoir part à la conjuration ; de sorte que l'Assemblée rappellant son courroux, demeura dans un froid silence après les avoir écoutés. Mais le Roi reprit aussi-tôt : » De » quel esprit donc a été poussé un homme qui a » supprimé un avis de cette conséquence, & que la » fin de Dymnus n'a fait voir que trop véritable ? » Cébalinus faisant un rapport plein d'incertitude, » n'a pas redouté les tourments, & Métron ne s'est » pas donné un moment de patience qu'il ne s'en » soit déchargé, jusqu'à me prendre dans le bain. » Il n'y a que le seul Philotas qui n'a rien craint, » ni rien cru. Quelle tranquillité dans cet homme » qui n'a point changé de visage quand on l'a » averti du danger où étoit le Roi, ni témoigné » d'empressement pour une chose de si grande im- » portance ! Ah ! soldats, ce silence dénote un par- » ricide ; le désir de regner a précipité cet esprit » dans le plus noir de tous les crimes ! Le pere fait » le Souverain en Médie, & le pouvoir que j'ai » donné au fils dans mes armées, lui ayant acquis » la plûpart des Chefs, & se sentant fortifié par mes » propres forces, il n'y a rien qu'il ne prétende. » Peut-être aussi qu'il me méprise, parce qu'il me » voit sans enfans ; mais en cela il se trompe, car » vous me tenez lieu d'enfants & d'une grande fa- » mille. Tant que vous vivrez, je ne croirai point » être sans lignée «. Il fit ensuite lecture d'une lettre que Parménion écrivoit à ses fils Nicanor & Philotas, où certainement il n'y avoit rien qui les pût convaincre d'un mauvais dessein, car elle con-

» meum ſubornavit «. Fremitus undique indignantium querentiumque tota concione obſtrepebat : qualis ſolet esse multitudinis, & maxime militaris ; ubi aut ſtudio agitur, aut ira.

Nicomachus deinde, & Metron, & Cebalinus producti, quæ quisque detulerat, exponunt. Nullius eorum indicio Philotas particeps ſceleris deſtinabatur. Itaque indignatione pressa vox indicum silentio excepta eſt. Tum rex, » qualis, *inquit*, ergo animi vobis videtur, qui hujus rei delatum indicium ad ipſum ſuppressit ? Quod non fuisse vanum, » Dymni exitus declarat. Incertam rem deferens tormenta non timuit Cebalinus : Metron ne momentum quidem temporis diſtulit exonerare ſe, ut eo, ubi lavabar, irrumperet. Philotas ſolus nihil timuit, nihil credidit. O ! magni animi virum. Iſte, si regis » periculo commoveretur, vultum non mutaret ? Indicem tantæ rei ſollicitus non audiret ? Subeſt nimirum silentio facinus, & » avida ſpes regni præcipitem animum ad ultimum nefas impulit. Pater Mediæ præest. » Ipse apud multos copiarum duces meis præpotens viribus, majora, quam capit, ſpirat. » Orbitas quoque mea, quod sine liberis ſum, » ſpernitur. Sed errat Philotas. In vobis liberos, parentes, consanguineos habeo : vobis » ſalvis, orbus esse non possum «. Epiſtolam deinde Parmenionis interceptam, quam ad filios Nicanorem & Philotan ſcripserat, recitat ;

haud ſane indicium gravioris consilii præferentem. Namque ſumma ejus hæc erat : » primum » veſtri curam agite : deinde veſtrorum : sic » enim quæ deſtinavimus, efficiemus. *Adjecitque rex*, sic esse ſcriptam, ut sive ad filios » pervenisset; a consciis posset intelligi; sive » intercepta esset; falleret ignaros. At enim » Dymnus, cum ceteros participes ſceleris in» dicaret, Philotan non nominavit. Hoc qui» dem illius non innocentiæ, ſed potentiæ in» dicium eſt, quod sic ab iis timetur etiam, a » quibus prodi poteſt, ut cum de ſe fateantur, » illum tamen celent. Ceterum Philotan ip» sius indicat vita. Hic Amyntæ, qui mihi con» ſobrinus fuit, & in Macedonia capiti meo » impias comparavit insidias, ſocium ſe & » conscium adjunxit. Hic Attalo, quo gravio» rem inimicum non habui, ſororem ſuam in » matrimonium dedit. Hic, cum ſcripsissem » ei, pro jure tam familiaris uſus atque amici» tiæ, qualis ſors edita esset Jovis Hammonis » oraculo, ſuſtinuit rescribere mihi « : ſe quidem gratulari, quod in numerum Deorum receptus essem : ceterum misereri eorum, quibus vivendum esset ſub eo, qui modum hominis excederet. » Hæc ſunt etiam animi pridem » alienati a me & invidentis gloriæ meæ indi» cia : quæ quidem, milites, quandiu licuit, » in animo meo pressi. Videbar enim mihi par» tem viscerum meorum abrumpere; si, in » quos tam magna contuleram, viliores mihi » facerem. Sed jam non verba punienda ſunt;

tenoit en ſubſtance : *Qu'ils euſſent premierement ſoin d'eux, & après des leurs, & qu'ainſi ils feroient ce qu'ils s'étoient propoſé.* A quoi le Roi ajoûta : » Qu'elle étoit conçue en des termes, qu'étant » rendue à ſes enfants, les complices la pouvoient » entendre, & tombant en d'autres mains, elle ne » découvroit rien. Oui, mais Dymnus n'a point » nommé Philotas parmi les conjurés ? Ce n'eſt pas » là une marque de ſon innocence, mais de ſon » autorité, si redoutable même à ceux qui le peu- » vent perdre, que confeſſant leur crime, ils n'o- » ſent déceler le ſien. Mais la façon dont il a vécu » avec moi, montre aſſez quel il eſt. Ce fut lui qui » ſe fit complice d'Amyntas, qui, malgré qu'il fût » mon couſin germain, avoit conſpiré ma mort » en Macédoine : ce fut lui qui donna ſa ſœur en » mariage à Attalus mon ennemi mortel : ce fut lui » qui, lorſque je lui demandai, comme la confi- » dence m'y obligeoit, la réponſe de l'Oracle en » ma faveur, eut bien l'impudence de me récrire : » Qu'il ſe réjouiſſoit avec moi de ce qu'on m'avoit » mis au rang des Dieux ; mais qu'il déploroit la » la condition de ceux qui avoient à vivre ſous un » homme qui ſe croyoit plus qu'homme. Ne ſont-ce » point là des marques d'un cœur qui m'en veut de- » puis long-temps, & qui porte envie à ma gloire ? » Cependant, ſoldats, j'ai étouffé mon reſſenti- » ment tant qu'il m'a été possible ; il me ſembloit » que c'étoit me déchirer les entrailles, que d'abaiſ- » ſer ceux à qui j'avois fait tant de bien. Mais il ne » s'agit plus de châtier les paroles de la langue, » on a paſſé aux mains & aux armes. Oui, si vous » me tenez digne foi, Philotas a mis les fers au feu, » il les a aiguiſés pour me les plonger dans le ſein,

» Si je le laisse impuni, ou aurai-je une retraite as-
» surée? qui me répondra de ma tête? Je l'ai établi
» seul Colonel de la cavalerie, qui fait la meilleure
» partie de mon armée, & chef de cette jeune no-
» blesse sans égale. J'ai commis à sa garde, à sa
» foi, mon salut, mes espérances, & mes victoires.
» J'ai élevé son pere au même comble d'honneur
» où vous m'avez mis; je lui ai confié la Médie,
» la plus riche de nos Provinces, je lui ai donné
» des milliers de nos citoyens & de nos compagnons
» à commander. Qu'il m'est sensible de voir que le
» péril me vient d'où j'attendois ma sûreté! Que
» j'eusse été plus heureux de mourir dans la mêlée,
» & d'être la proie de l'ennemi, plutôt que la vic-
» time du citoyen? Echappé des seuls dangers que
» je craignois, je suis tombé dans ceux que je ne
» devois point craindre. Au reste, vous ne cessez de
» me prier d'avoir soin de ma personne; il est en
» vous de faire pour moi ce à quoi vous m'exhor-
» tez. Je me jette entre vos bras & à l'abri de vos
» armes, je ne veux pas vivre si vous ne voulez;
» mais si vous y consentez, je ne le puis, que vous
» ne me vangiez.

Il commande qu'on amene Philotas, qui avoit les mains liées derriere le dos, & la tête couverte d'un voile usé. On lisoit sur les visages, que ceux qui l'avoient regardé avec envie un peu auparavant, le voyant alors en cet état, étoient touchés de sa misere. Ils l'avoient vu le jour de devant Colonel de la cavalerie; ils sçavoient qu'il avoit été du festin du Roi, dans toute la faveur, & tout-à-coup ils le voyent criminel, condamné, & entre les mains des bourreaux. Ils se représentoient aussi la fortune déplorable de Parménion, ce grand Capitaine, cet

» linguæ temeritas pervenit ad gladios. Hos, » si mihi creditis, Philotas in me acuit. Id si » ipse admisit, quo me conferam, milites ? » cui caput meum credam ? Equitatui, opti- » mæ exercitus parti, principibus nobilissimæ » juventutis unum præfeci : ſalutem, ſpem, » victoriam meam fidei ejus tutelæque com- » missi. Patrem in idem faſtigium, in quo me » ipsi posuiſtis, admovi : Mediam, qua nulla » opulentior regio eſt ; tot civium ſociorumque » millia imperio ejus ditionique ſubjeci. Un- » de præsidium petieram, periculum extitit. » Quam feliciter in acie occidissem, potius » hoſtis præda, quam civis victima ? nunc ſer- » vatus ex periculis, quæ ſola timui, in hæc » incidi, quæ timere non debui. Soletis idem- » tidem a me, milites, petere, ut ſaluti meæ » parcam. Ipsi mihi præſtare poteſtis, quod » ſuadetis ut faciam. Ad veſtras manus, ad » veſtra arma confugio : invitis vobis ſalvus » esse nolo ; volentibus, non possum, nisi » vindicor.

Tum Philotan religatis poſt tergum manibus obsoleto amiculo velatum, jussit induci. Facile apparebat, motos esse tam miserabili habitu, non sine invidia paulo ante conspecti. Ducem equitatus pridie viderant ; ſciebant, regis interfuisse convivio. Repente non reum modo, ſed etiam damnatum, immo vinctum, intuebantur. Subibat animos Parmenionis quoque, tanti ducis, tam clari civi, fortuna : qui modo duobus filiis, Hectore & Nicanore, or-

batus ; cum eo, quem reliquum calamitas fecerat, absens diceret causam. Itaque Amyntas, regis prætor, inclinatam ad misericordiam concionem rursus aspera in Philotan oratione commovit. *Proditos eos esse barbaris : neminem ad conjugem suam, neminem in patriam, & ad parentes fuisse rediturum. Velut truncum corpus demto capite, sine spiritu, sine nomine, aliena terra ludibrium hostis futuros.* Haudquaquam pro spe ipsius, Amyntæ oratio grata regi fuit : quod conjugum, quod patriæ admonitos, pigriores ad cetera munia exequenda fecisset. Tunc Cœnus, quanquam Philotæ sororem matrimonio secum conjunxerat, tamen acrius quum quisquam in Philotan invectus est : *parricidam esse regis, patriæ, exercitus* clamitans : saxumque quod forte ante pedes jacebat, eripuit, emissurus in eum ; ut plerique credidere, tormentis subtrahere cupiens. Sed rex manum ejus inhibuit, *dicendi prius causam debere fieri potestatem reo, nec aliter judicari passurum se* affirmans. Tum dicere jussus Philotas, sive conscientia sceleris, sive periculi magnitudine amens & attonitus ; non attollere occulos, non hiscere audebat. Lacrymis deinde manantibus, linquente animo in eum, a quo tenebatur, incubuit : abstersisque amiculo ejus oculis, paulatim recipiens spiritum ac vocem, dicturus videbatur. Jamque rex, intuens eum, *Macedones*, inquit, *de te judicaturi sunt : quæro, an patrio sermone sis apud eos usurus.* Tum Philotas, *præter Macedonas*, inquit, *plerique adsunt*,

illustre

illuſtre perſonnage, leur concitoyen, qui venant de perdre deux de ſes enfants, Hector & Nicanor, étoit si malheureux, qu'on lui faiſoit ſon procès en ſon abſence, & qu'on deſtinoit au dernier ſupplice le ſeul fils qui lui reſtoit. Mais Amyntas, un des Lieutenans du Roi, voyant que l'aſſemblée inclinoit à la miſéricorde, ſe mit à l'animer tout de nouveau contre Philotas, en diſant: *Qu'ils étoient livrés aux Barbares, & qu'ils avoient vu l'heure qu'ils ne retourneroient plus en leur pays, & ne reverroient plus leurs femmes & leurs parents; que comme un corps ſans chef & ſans nom, ils auroient été en des terres étrangeres le jouet de l'ennemi.* Ce diſcours d'Amyntas ne fut pas si agréable au Roi qu'il s'étoit imaginé. Faire mention aux ſoldats de leur pays & de leurs femmes, c'étoit les rendre plus lâches aux autres emplois qu'il prétendoit leur donner. Alors Cénus, quoiqu'il eût épouſé la ſœur de Philotas, ne laiſſa pas de s'emporter contre lui avec plus de violence que pas un des autres, ne ceſſant de crier, *qu'il étoit parricide du Roi, de l'armée, & de ſa patrie*; il prit une pierre qui étoit à ſes pieds pour la lui jetter à la tête, déſirant, comme plusieurs ont cru, le ſouſtraire aux tourments; mais le Roi lui retint la main, & déclara, *qu'il ne ſouffriroit point qu'on passât outre, que premierement il n'eût été entendu en ſes défenſes.* Philotas ayant permission de plaider ſa cauſe, ſoit qu'il fût preſſé du remords de ſa conſcience, ou étonné de la grandeur du danger, étoit si troublé, qu'il n'oſoit lever les yeux, ni ouvrir la bouche. Les larmes lui tombant des yeux à grands flots, il s'évanouit entre les bras de celui qui le tenoit; on eſſuya ſes pleurs, le cœur & la voix lui revinrent peu à peu; il ſembloit qu'il vouloit parler, quand le Roi lui dit, *Que les Macédoniens devoient être ſes Juges, & qu'il déſiroit ſçavoir s'il leur parleroit en leur langage?* A quoi il répondit: *Qu'outre les Macédoniens, il y avoit là beaucoup d'autres gens qui*

entendroient mieux ce qu'il diroit, s'il se servoit de la même langue dont il s'étoit servi, non pour autre dessein, comme il croyoit, que pour être entendu de plus de personnes. Et bien, dit le Roi, *vous voyez comme il hait même le langage de son pays, & qu'il n'y a que lui qui dédaigne de le parler. Mais qu'il parle hardiment comme il voudra, pourvu que vous vous souveniez qu'il n'a pas nos mœurs en moindre horreur que notre langage.* Et s'étant retiré, Philotas harangua de cette sorte :

CHAP. X. » Il est facile à un innocent de trouver des paroles pour se défendre, mais fort difficile à un misérable de parler avec modération, & de ne se pas emporter : me voyant aujourdhui entre une bonne conscience & une mauvaise fortune, je ne sçai comment il me sera possible de ne pas trahir l'une, & de m'accommoder à l'autre. Le meilleur de mes Juges n'est pas ici, & je ne puis m'imaginer pourquoi il n'a pas voulu m'écouter, puisqu'après m'avoir entendu, il pouvoit aussi-bien me condamner que m'absoudre ; au lieu que s'en allant sans être instruit de ma cause, il ne révoquera pas la sentence qu'il a donnée contre moi. Quoique la défense d'un homme qui est en l'état où je suis, ne soit pas seulement superflue, mais aussi odieuse, en ce qu'elle semble plutôt blâmer le Juge, que l'informer, cependant quelqu'en soit le succès, je ne suis pas résolu de m'abandonner moi-même, & il ne sera pas dit que Philotas ait contribué à sa condamnation. En effet, je ne vois pas dequoi l'on me peut accuser, qui que ce soit ne me nomme entre les conjurés ; Nicomachus n'a fait aucune mention de moi, & Cébalinus n'en a pû sçavoir qu'autant qu'il en a appris de son frere : cependant le Roi me croit chef de la conjuration. Mais Dymnus marchant à cette entreprise, a-t-il pu oublier celui qui le conduisoit, sur-tout m'ayant dû nommer à Nicomachus, même à

quos facilius, quæ dicam, percepturos arbitror, si eadem lingua fuero usus, qua tu egiſti; non ob aliud, credo, quam ut oratio tua intelligi poſſet a pluribus. Tum rex, *ecquid videtis, adeo etiam ſermonis patrii Philotan tædere? ſolus quippe faſtidit eum dicere. Sed dicat ſane utcumque cordi eſt; dum memineritis, æque illum a noſtro more, atque ſermone abhorrere.* Atque ita concione excessit.

Cap. X. Tum Philotas, » Verba, *inquit*, » innocenti reperire facile eſt; modum ver» borum misero tenere difficile. Itaque inter » optimam conscientiam, & iniquissimam for» tunam deſtitutus, ignoro, quomodo & ani» mo meo, & tempori paream. Abeſt quidem » optimus causæ meæ judex: qui cur me ipse » audire noluerit, non me hercule excogito; » cum illi utrimque cognita causa tam dam» nare me liceat, quam absolvere; non cognita vero liberari ab absente non possum, qui a præsente damnatus ſum. Sed quanquam vincti hominis non ſupervacua ſolum, ſed etiam invisa defensio eſt, quæ judicem non docere videtur, ſed arguere; tamen utcumque licet dicere, memet ipse non deseram, nec committam, ut damnatus etiam mea ſententia videar. Equidem cujus criminis reus sim, non video. Inter conjuratos nemo me nominat: de me Nicomachus nihil dixit: Cebalinus plus quam audierat, ſcire non potuit. Atqui conjurationis caput fuisse

» credit rex; potuit ergo Dymnus eum præ-
» terire, quem ſequebatur? præſertim cum
» quærenti ſocios, vel falso fuerim nominan-
» dus; quo facilius, qui verebatur, posset
» impelli. Non enim detecto facinore nomen
» meum præteriit, ut posset videri ſocio pe-
» percisse; ſed Nicomacho, quem taciturum
» arcana de ſemetipso credebat, confessus,
» aliis nominatis, me unum ſubtrahebat. Quæ-
» so, commilitones, si Cebalinus me non
» adisset; nihil me de conjuratis ſcire voluiſ-
» ſet; num hodie dicerem causam nullo me
» nominante? Dymnus ſane & vivat adhuc,
» & velit mihi parcere. Quid ceteri? qui de
» ſe confitebuntur, me videlicet ſubtrahent!
» Maligna eſt calamitas; & fere noxius, cum
» ſuo ſupplicio crucietur, acquiescit alieno.
» Tot conscii, ne in equuleum quidem impositi
» verum fatebuntur? Atqui nemo parcit mori-
» turo; nec cuiquam moriturus, ut opinor. Ad
» verum crimen, & ad unum revertendum mi-
» hi eſt. Cur rem delatam ad te tacuiſti? cur
» tam ſecurus audiſti? hoc qualecumque eſt
» confesso mihi ubicumque es Alexander, re
» miſiſti: dextram tuam amplexus reconciliat
» pignus animi, convivio quoque interfui. S
» credidiſti mihi, absolutus ſum: ſi peperci
» ti; dimissus vel judicium tuum ſerva. Qui
» hac proxima nocte, qua digressus ſum
» mensa tua, feci? quod novum facinus del
» tum ad te mutavit animum tuum? gravi ſ
» pore acquiescebam; cum me malis indo

» faux, pour le gagner plus aisément quand il lui
» demandoit qui étoient ses compagnons ? S'il m'a
» passé sous silence, on ne peut pas dire que ç'ait
» été pour m'épargner ; il s'accusoit lui-même, il
» accusoit tous les autres sur la foi de Nicomachus,
» pourquoi ne pas nommer Philotas ? Si Cébalinus
» ne se fût point adressé à moi, s'il ne m'eût rien
» dit de la conjuration, serois-je aujourdhui, mes
» chers compagnons, en peine de me justifier, n'y
» ayant personne qui m'accuse ? Mais je veux que
» Dymnus soit encore en vie, & qu'il ait dessein de
» me sauver : quoi ! tous les autres qui déclareront
» ce qui les regarde, se tairont-ils en ma faveur ?
» La calamité de soi est maligne, & le coupable se
» sent soulagé au fort de la torture, quand il y en-
» gage les autres. Tant de complices, même appli-
» qués à la question, ne diroient-ils point la véri-
» té ? Les criminels qui doivent mourir ensemble,
» ne s'épargnent gueres les uns les autres, si je ne
» me trompe. Il faut donc en revenir au seul crime
» qui me peut être imputé. Pourquoi ai-je celé un
» avis de cette importance ? pourquoi l'ai-je reçu
» avec si peu d'émotion ? Seigneur, en quelque lieu
» que vous soyez, si j'ai manqué en cela, je vous
» ai confessé ma faute, & vous me l'avez pardon-
» née, vous m'avez donné votre main pour gage,
» vous m'avez convié à votre festin, & honoré
» comme de coûtume, de votre entretien. Si vous
» m'avez cru, je suis absous ; si vous m'avez par-
» donné, j'ai ma grace ; quoiqu'il en soit, suspen-
» dez votre jugement jusqu'à ce que mon procès
» soit instruit. Qu'ai-je fait depuis hier au soir que
» je sortis de votre table ? quel nouveau crime
» m'impose-t-on qui vous ait si-tôt changé ? Je
dormois d'un profond sommeil, ne songeant à
rien moins qu'au malheur qui m'alloit accabler,
quand, à force de me lier & de me maltraiter,
on m'a éveillé. Comment est-ce qu'un parricide
& qui se voit découvert, peut dormir si tranquil-

» lement ? Les méchants qui ont l'ame agitée, ne
» sçauroient reposer, ils sont jour & nuit agités des
» furies, non-seulement après l'exécution, mais
» dès le premier projet du crime. Et moi je me te-
» nois assuré, premierement de ma conscience, en-
» suite de votre main que j'avois touchée, & je ne
» craignois pas que la cruauté de mes ennemis l'em-
» portât sur votre clémence. Mais afin que vous
» n'ayez point de regret de m'avoir cru, je vous
» supplie de considerer d'où me venoit cet avis;
» d'un jeune garçon qui n'eût sçû produire de té-
» moin, ni fournir de preuves de ce qu'il rappor-
» toit, & qui alloit donner l'allarme à tout le mon-
» de, si on lui eût prêté l'oreille; j'ai eu ce procé-
» dé pour suspect, voyant que ce n'étoit pas Nico-
» machus lui-même qui faisoit le rapport; mais
» qu'il y employoit son frere comme s'il l'eût su-
» borné. D'ailleurs, je craignois qu'il ne désavouât
» Cébalinus, & qu'après je n'eusse le déplaisir d'a-
» voir mis en compromis plusieurs des Grands de la
» Cour. Quoique je n'aie offensé personne, je n'ai
» sçu si bien faire qu'on ne me veuille perdre. Je
» vous laisse donc à penser les inimitiés que je m'al-
» lois attirer, si j'eusse irrité des personnes inno-
» centes. Oui; mais Dymnus s'est tué. Etoit-ce
» donc à moi à deviner qu'il le dût faire ? Si c'est la
» seule chose qui donne créance au rapport de Cé-
» balinus, elle n'a pû m'émouvoir, n'étant pas en-
» core arrivée quand il m'a parlé. Mais si j'eusse eu
» part au crime, nous voyant trahis, aurois-je été
» deux jours sans y donner ordre ? Il n'y avoit rien
» si aisé que de se défaire de Cébalinus. Enfin, l'en-
» treprise étant découverte, que falloit-il plus at-
» tendre ? Je suis entré seul dans le cabinet du Roi
» l'épée au côté : qui m'empêchoit d'exécuter mon
» dessein ? Est-ce que je n'osois sans Dymnus ! C'est
» donc lui qui étoit le chef de la conjuration, &
» moi Philotas, je marchois sous son ombre; moi
» que l'on croit aspirer au Royaume de Macédoi-

» mientem meis inimici vinciendo excitarunt.
» unde de parricidæ & proditori tam alta quies
» ſomni ? Scelerati conſcientia obſtrepente
» cum dormire non possint ; agitant eos fu-
» riæ, non cogitato modo, ſed & conſum-
» mato parricidio. At mihi ſecuritatem pri-
» mum innocentia mea ; deinde dextra tua ob-
» tulerant : non timui, ne plus alienæ crude-
» litati apud te liceret, quam clementiæ tuæ.
» ſed ne te mihi credidisse pœniteat, res ad
» me deferebatur a puero, qui non teſtem,
» non pignus indicii exhibere poterat, imple-
» turus omnes metu, si cæpisset audiri. Ama-
» toris & ſcorti jurgio interponi aures meas
» credidi infelix, & fidem ejus ſuſpectam ha-
» bui, quod non ipse deferret, ſed fratrem
» potius ſubornaret. Timui, ne negaret man-
» dasse ſe Cebalino ; & ego viderer multis
» amicorum regis fuisse periculi causa. Sic
» quoque cum læserim neminem, inveni, qui
» mallet perire me, quam incolumem esse.
» quid inimicitiarum creditis excepturum fuiſ-
» ſe, si insontes lacessissem ? At enim Dym-
» nus ſe occidit ? Num igitur facturum eum
» divinare potui ? minime. Ita quod ſolum in-
» dicio fidem fecit, id me, cum a Cebalino
» interpellatus ſum, movere non poterat. At
» hercule, si conscius Dymno tanti ſceleris
» fuissem, biduo illo proditos esse nos, dissi-
» mulare non debui : Cebalinus ipse tolli de
» medio nullo negotio potuit. Deinde poſt de-
» latum indicium, quo periturus eram, cubi-

» culum regis ſolus intravi, ferro quidem » cinctus. Cur diſtuli facinus? an sine Dymno » non ſum ausus? Ille igitur princeps conju- » rationis fuit. Sub illius umbra Philotas late- » bam, qui regnum Macedonum affecto. Et » quis e vobis corruptus eſt donis? quem du- » cem, quem præfectum impensius colui? » Mihi quidem objicitur, quod ſocietatem pa- » trii ſermonis asperner; quod Macedonum » mores faſtidiam. Sic ergo imperio, quod de- » dignor, immineo. Jam pridem nativus ille » ſermo commercio aliarum gentium exolevit; » tam victoribus, quam victis peregrina lin- » gua discenda eſt. Non me hercule iſta me » magis lædunt, quam quod Amyntas, Per- » diccæ filius, insidiatus eſt regi; cum quo » quod amicitia fuerit mihi, non recuso de- » fendere, si fratrem regis non oportuit dili- » gi a nobis. Sin autem in illo fortunæ gradu » positum etiam venerari necesse erat; utrum, » quæso, quod non divinavi, reus ſum? an » impiorum amicis insontibus quoque morien- » dum eſt? Quod si æquum eſt, cur tamdiu » vivo? si injuſtum, cur nunc demum occi- » dor? At enim ſcripsi, misereri me eorum, » quibus vivendum esset ſub eo, qui ſe Jovis » filium crederet! Fides amicitiæ, veri consi- » lii periculosa libertas, vos me decepiſtis! » vos, quæ ſentiebam, ne reticerem, impu- » liſtis! ſcripsisse me hæc fateor regi, non de » rege ſcripsisse. Non enim faciebam invi- » diam, ſed pro eo timebam. Dignior mihi

» ne. Mais, pour m'élever à cette gloire, qui d'en-
» tre vous ai-je corrompu par présents ? quels
» Chefs, quels Officiers ai-je gagnés par des soins
» & des caresses affectées ? On me reproche que je
» dédaigne le langage du pays, & que j'ai les mœurs
» des Macédoniens en horreur ; comment s'accorde
» cela, briguer un Empire, & en mépriser le lan-
» gage & les coûtumes ? Vous sçavez qu'à force de
» fréquenter les autres nations, il y a long-temps
» que nous avons comme perdu l'usage de notre
» langue naturelle, & que les victorieux & les vain-
» cus sont contraints d'apprendre un langage tout
» nouveau. Tout cela me nuit aussi peu, que ce
» qu'on allégue qu'Amyntas, fils de Perdiccas, a
» conspiré contre Alexandre, & que j'ai été son
» ami. A la vérité, si c'étoit un crime d'aimer le
» frere de notre Roi, je suis digne de châtiment ;
» mais si la grandeur de sa naissance nous obligeoit
» à lui rendre toute sorte d'honneur & de respect,
» faut-il, encore une fois, que je sois criminel pour
» n'avoir pas été devin ? Faut-il que les innocents
» soient enveloppés avec les coupables, pour avoir
» été leurs amis ? Si cela est vrai, pourquoi ai-je
» vécu si long-tems ? & s'il ne l'est pas, pourquoi
» me faire mourir aujourdhui. Mais j'ai écrit que
» je plaignois ceux qui avoient à vivre sous un
» homme qui se croyoit fils de Jupiter. O ! sainte
» & fidéle affection ! ô ! périlleuse franchise ! c'est
» vous qui m'avez trahi, qui m'avez empêché de
» déguiser la vérité par une lâche complaisance !
» Oui, je l'ai écrit, je le confesse ; mais je l'ai
» écrit au Roi, & non-pas du Roi ; car mon des-
» sein n'étoit pas de lui susciter des envieux, mais
» de les éloigner de lui. Il me sembloit plus digne
» d'Alexandre de se contenter de sçavoir qu'il étoit
» fils de Jupiter, que de s'en vanter hautement de-
» vant tout le monde. Mais s'il n'est rien si certain
» que la foi de l'Oracle, je prends Jupiter à témoin
» de mon innocence. Retenez-moi dans les fers

» jusqu'à ce qu'on l'ait consulté sur une chose si
» obscure, & dont il n'y a point de preuves : il est
» à croire, qu'ayant reconnu notre Roi pour son
» fils, il ne souffrira pas qu'aucun qui ait conspiré
» contre son sang, échappe à la vengeance. Que
» si la torture vous semble plus assurée que l'Ora-
» cle, je ne refuse pas même cette voie, pour don-
» ner plus de lumiere à la vérité. Au reste, ceux
» qui sont prévenus du crime de leze-Majesté, ont
» coûtume de représenter leurs parents en justice,
» mais hélas ! mes malheurs me dispensent bien de
» cette coûtume. J'avois deux freres, je les ai per-
» dus depuis peu ; & pour mon pere, ni je ne le
» puis montrer, ni je ne l'ose réclamer, puisqu'on
» le fait aussi coupable que moi. C'est peu de cho-
» se, que celui qui s'est vu une famille si florissan-
» te, n'ayant plus qu'un fils unique, tout l'appui
» de sa vieillesse, vienne encore à le perdre, il faut
» encore le précipiter en même-temps dans le mê-
» me tombeau. Il faut donc, mon chere pere, que
» vous mouriez, & pour l'amour de moi, & avec
» moi tout ensemble ; c'est moi qui vous ôte la
» vie, qui avance la fin de vos jours. Falloit-il que
» vous me missiez au monde sous une si maligne
» influence ? Etoit-ce pour recueillir de moi ces
» doux fruits que l'on vous prépare. Je ne sçaurois
» dire qui est plus digne de compassion, ou ma jeu-
» nesse, ou votre vieillesse ; je meurs dans la vi-
» gueur de mon âge, & pour vous, mon pere, on
» vous ravira bientôt la vie que la nature vous al-
» loit redemander, si la fortune se fût donnée en-
» core un peu de patience. Ce que je viens de dire
» au sujet de mon pere, me rappelle combien j'ai
» dû être retenu à déclarer ce que m'avoit dit Céba-
» linus ; car un jour comme Parménion eut avis que
» Philippe le Médecin vouloit empoisonner le Roi,
» il manda qu'on se méfiât de lui, & qu'il étoit cor-
» rompu par Darius ; mais eût-on quelque créance
» en mon pere ? fit-on quelque cas de ses lettres ?

» Alexander videbatur, qui Jovis ſtirpem tacitus agnosceret; quam qui prædicatione jactaret. Sed quoniam oraculi fides certa eſt; sit Deus causæ meæ teſtis. Retinete me in vinculis, dum consulitur Hammon in arcanum & occultum ſcelus. Interim, qui regem noſtrum dignatus eſt filium, neminem eorum, qui ſtirpi ſuæ insidiati ſunt, latere patietur. Si certiora oraculis creditis esse tormenta; ne hanc quidem exhibendæ veritatis fidem deprecor. Solent rei capitis adhibere vobis parentes. Duos fratres ego nuper amisi; patrem nec oſtendere possum, nec invocare audeo; cum & ipse tanti criminis reus sit. Parum eſt enim tot modo liberorum parentem, in unico filio acquieſcentem, eo quoque orbari, ni ipse in rogum meum imponitur. Ergo, carissime pater, & propter me morieris, & mecum. Ego tibi vitam adimo, ego ſenectutem tuam extinguo! Quid enim me procreabas infelicem adversantibus Diis? an ut hos ex me fructus perciperes, qui te manent? Nescio, adolescentia mea miserior sit, an ſenectus tua: ego in ipso robore ætatis eripior; tibi carnifex ſpiritum adimet, quem si fortuna exſpectare voluisset, natura reposcebat. Admonuit me patris mei mentio, quam timide & conſtanter, quæ Cebalinus detulerat ad me, indicare debuerim. Parmenio enim, cum audisset, venenum a Philippo medico regi parari, deterrere eum voluit epiſtola

» ſcripta, quo minus medicamentum biberet,
» quod medicus dare conſtituerat. Num cre-
» ditum eſt patri meo? num ullam auctorita-
» tem ejus literæ habuerunt? Ego ipse, quo-
» ties quæ audieram detuli, cum ludibrio cre-
» dulitatis repulsus ſum. Si & cum indica-
» mus, invisi; & cum tacemus, ſuspecti ſu-
» mus; quid facere nos oportet? *Cumque unus*
» *e circumſtantium turba exclamasset*, bene me-
» ritis non insidiari. *Philotas*, Recte, *inquit*,
» quisquis es, dicis. Itaque si insidiatus ſum,
» pœnam, non deprecor; & finem facio di-
» cendi, quoniam ultima verba gravia ſunt vi-
» ſa auribus veſtris. *Abducitur deinde ab iis*,
» *qui cuſtodiebant eum*.

CAP. XI. Erat inter duces manu ſtrenuus Belon quidam, pacis artium & civilis habitus rudis, vetus miles; ab humili ordine ad eum gradum, in quo tunc erat, promotus: qui tacentibus ceteris, ſtolida audacia ferox, admonere eos cœpit; » quoties quisque diversoriis,
» quæ occupassent, proturbatus esset, ut pur-
» gamenta ſervorum Philotæ reciperentur eo,
» unde commilitones expulisset. Auro argen-
» toque vehicula ejus onuſta totis vicis ſtetiſ-
» ſe: ac ne in vicina quidem diversorii quem-
» quam commilitonum receptum esse; ſed per
» dispositos, quos ad ſomnum habebat, om-
» nes procul relegatos, ne femina illa murmu-
» rantium inter ſe silentio verius, quam ſono
» excitaretur. Ludibrio ei fuisse ruſticos ho-
» mines, Phrygasque & Paphlagonas appella-

» Et moi-même, combien de fois ai-je rapporté » ce que j'avois entendu, qu'on s'est moqué de » moi & de ma trop grande crédulité ? Si, quand » nous donnons cet avis, nous nous rendons ridi- » cules, & quand nous nous taisons, nous sommes » suspects, je voudrois bien qu'on m'eût dit ce qu'il » faut faire ? *Et comme quelqu'un se mit à crier*, » Ne conspirer pas contre ses bienfaicteurs. C'est » bien dit à toi, qui que tu sois, *repartit Philotas*, » & s'il se trouve que j'aie conspiré, je me soumets » à toutes sortes de supplices. Mais je finis, car je » vois que mes dernieres paroles n'ont pas été bien » reçues «. Il fut alors ramené par ses gardes.

CHAP. XI. Entre les Chefs, il y avoit un certain Belon, vaillant homme, ancien guerrier, qui de simple soldat, ayant passé par tous les dègrès, étoit parvenu à la charge qu'il possédoit alors ; il n'étoit propre que pour la guerre, & n'avoit rien de poli ni de civil en ses mœurs. Cet esprit farouche, voyant que les autres ne disoient mot, s'avança, & plein d'une audace brutale, se mit à leur représenter : » Combien de fois Philotas vous a-t-il » chassés de votre logement, pour y mettre ces vils » esclaves qu'il traîne à sa suite ; les chemins n'é- » toient pleins que de ses chariots chargés d'or & » d'argent ; il ne peut souffrir qu'aucun de ses com- » pagnons loge dans son quartier ; mais ils sont tous » écartés au loin par des gardes posées aux envi- » rons, que cet effeminé n'entretient que pour flat- » ter son sommeil, & faire regner le silence autour » de sa tente. Vous avez toujours été l'objet de ses » railleries & de son mépris ; il vous appelle tantôt » grossiers & rustiques, tantôt Phrygiens & Paphla- » goniens, lui qui, né en Macédoine, n'a point » honte de traiter avec ceux de son pays par tru- » chement ; & pourquoi veut-il qu'on aille con- » sulter Hammon, lui qui l'a accusé de mensonge,

» lorsqu'il a reconnu Alexandre pour son fils ? à la » vérité, il avoit grand sujet de craindre que le Roi » ne s'exposât aux traits de l'envie, en acceptant » ce que les Dieux lui offroient. Lorsqu'il a formé » le dessein d'attenter à la vie de son Roi & de son » bienfaiteur, il n'en a pas été demander avis à Ju- » piter ; maintenant il voudroit bien qu'on envoyât » à l'Oracle, pour avoir le temps d'avertir son pere » qui commande en Médie, afin qu'avec les trésors » commis à sa garde, il gagne d'autres scélérats » comme lui, pour les associer à son crime. C'é- » toit pourtant leur intention d'envoyer vers l'Ora- » cle, non-pas pour intéroger Jupiter sur ce qu'ils » sçavoient de la bouche du Roi ; mais plutôt pour » lui rendre grace, & s'acquitter des vœux qu'ils lui » avoient faits pour le salut du meilleur Prince de » la terre.

Ces invectives enflammerent toute l'assemblée, & principalement les Gardes-du-corps, qui commencerent les premiers à crier, *qu'on leur laissât déchirer ce parricide.* Philotas n'en étoit pas fâché, appréhendant de plus grands tourments. Le Roi étant retourné à l'assemblée, remit le jugement au lendemain, soit pour lui faire donner la question dans la prison, ou pour être plus particulierement informé de tout. Néanmoins, quoiqu'il fût assez tard, il fit appeller ses confidents, qui étoient d'avis qu'on l'assommât à coups de pierres, selon la coûtume des Macédoniens ; mais Ephestion, Cratere & Cénus concluoient à la torture, à quoi ils firent aussi revenir les autres ; de sorte que le Conseil étant levé, ils sortirent tous trois ensemble pour faire appliquer Philotas à la question ; le Roi ayant rappellé Cratere, & lui ayant dit quelque chose à l'oreille, & qu'on ignore, il se retira dans son cabinet, où il passa seul une grande partie de la nuit, attendant des nouvelles de ce qui se seroit passé. Ceux qui avoient ordre de se rendre pour la ques-

» tos : qui non erubesceret, Macedo natus, » homines linguæ ſuæ per interpretem audire. » Cur Hammonem consuli vellet? eumdem » Jovis arguisse mendacium, Alexandrum fi- » lium agnoscentis : ſcilicet veritum ne invi- » diosum esset, quod Dii offerrent. Cum in- » sidiaretur capiti regis & amici, non consu- » luisse eum Jovem : nunc ad oraculum mitte- » re, dum pater ejus ſollicitaretur, qui præ- » sit in Media; & pecunia, cujus cuſtodia » commissa sit, perditos homines ad ſocie- » tatem ſceleris impellat. Ipsos missuros ad » oraculum, non qui Jovem interrogent, quod » ex rege cognoverint; ſed qui gratias agant : » qui vota pro incolumitate regis optimi per- » ſolvant.

Tum vero universa concio accensa eſt; & a corporis cuſtodibus initium factum, clamantibus, *discerpendum esse parricidam manibus eorum.* Id quidem Philotas, qui graviora ſupplicia metueret, haud ſane iniquo animo audiebat. Rex in concionem reversus, sive ut in cuſtodia quoque torqueret, sive ut diligentius cuncta cognosceret, concilium in poſterum diem diſtulit : & quanquam in vesperam inclinabat dies, tamen *amicos convocari* jubet. Et ceteris quidem placebat, *Macedonum more obrui ſaxis*; Epheſtion autem & Craterus & Cœnus *tormentis veritatem exprimendam esse* dixerunt : & illi quoque, qui aliud ſuaserant, in horum ſententiam transeunt. Consilio ergo dimisso, Ephæſtion cum Cratero & Cœno ad

quæſtionem de Philota habendam consurgunt. Rex Cratero accerſito, & ſermone habito, cujus ſumma non edita eſt, in intimam diverſorii partem ſecessit, & remotis arbitris in multam noctem quæſtionis exspectavit eventum. Tortores in conſpectu Philotæ omnia crudelitatis inſtrumenta proponunt. Et ille ultro, *quid cessatis*, inquit, *regis inimicum, interfectorem, confitentem occidere? quid quæſtione opus eſt? cogitavi, volui.* Craterus exigere, *ut quæ confiteretur, in tormentis quoque diceret.* Dum corripitur, dum obligantur oculi, dum veſtis exuitur, *Deos patrios, gentium jura*, nequidquam apud ſurdas aures invocabat. Per ultimos deinde cruciatus, utpote damnatus, & inimicis in gratiam regis torquentibus laceratur. Ac primo quanquam hinc ignis, illinc verbera, jam non ad quæſtionem, ſed ad pœnam ingerebantur; non vocem modo, ſed etiam gemitus habuit in poteſtate: ſed poſtquam intumescens corpus ulceribus, flagellorum ictus nudis oſſibus incussos fere non poterat; si tormentis adhibituri modum essent, dicturum ſe, quæ ſcire expeterent, pollicetur. *Sed finem quæſtioni fore, jurare eos per Alexandri ſalutem* volebat, *removerique tortores.* Et utroque impetrato, Cratero inquit, *dic quid me velis dicere.* Illo indignante ludificari eum, rurſusque revocante tortores; *tempus petere* cœpit, *dum reciperet ſpiritum, cuncta quæ ſciret, indicaturus.*

Interim equites, nobilissimus quisque, &

tion, exposerent aux yeux de Philotas tout ce que la cruauté a d'instruments à faire frémir la nature. A ce spectacle, il dit de lui-même : *Que tardez-vous à faire mourir un homme qui se dit ennemi du Roi, & de l'avoir voulu tuer ? qu'est-il besoin de tourments ? Oui, je l'ai voulu, & il n'a pas tenu à moi que je ne l'ai fait.* Cratere insistant qu'il eût à confesser encore dans la torture ce qu'il avoit dit si franchement, on le prend, on lui bande les yeux, on le dépouille, en vain crioit-il, attestoit-il, & imploroit-il les Dieux du pays, & le droit des gens, il avoit affaire à des personnes inexorables. Il n'y eut sorte de tourment qu'on ne lui fit souffrir, comme à un homme condamné à la merci de ses ennemis, qui sous ombre de zéle & de piété pour le Prince, exerçoient leur rage particuliere. Quoiqu'on lui fit sentir le feu d'un côté, & les fouets de l'autre, plutôt par maniere de supplice que de question, cependant il fut maître de lui-même dans ses douleurs, jusqu'au point qu'on ne put tirer de sa bouche, non-pas une parole, mais un cri, ni le moindre gémissement du monde. Comme le corps vint à s'enfler par l'inflammation de ses plaies, & qu'il ne put plus souffrir la rigueur des coups, qui lui ayant emporté toute la chair vive, donnoient sur les os nuds & décharnés, il promit de dire ce qu'ils vouloient sçavoir, pourvu qu'on lui donnât un peu de relâche ; mais auparavanr il leur fit jurer par la vie d'Alexandre, *qu'ils feroient cesser les tourments, & retirer leurs Ministres.* Ayant obtenu l'un & l'autre, il dit à Cratere : *Dis-moi ce que tu veux que je dise ?* Cratere indigné de se voir moqué de la sorte, & rappellant les Questionnaires, Philotas demanda, *qu'on le laissât respirer, & qu'il déclareroit tout.*

Cependant les premiers de la Noblesse, & les premiers Officiers de la cavalerie, & particuliere-

ment ceux qui appartenoient de plus près à Parménion, ayant ſçu qu'on donnoit la queſtion à Philotas, & craignant la loi des Macédoniens, qui vouloit, *que les parents des criminels de leze-Majeſté mouruſſent avec eux*, les uns ſe tuerent eux-mêmes, les autres s'enfuirent vers les montagnes & les déſerts écartés, tout le camp étant plein d'effroi, juſqu'à ce que le Roi, averti de ce déſordre, fit publier, *qu'il faiſoit grace aux parents des coupables*. Sçavoir si Philotas voulut ſe délivrer des tourments, en confeſſant la vérité, ou en inventant des menſonges, c'eſt ce qui n'eſt pas aiſé à deviner, parce qu'en matiere de queſtion, l'on s'en tire auſſi-tôt par une voie que par l'autre. Voici ce qu'il dépoſa. *Vous ſçavez*, dit-il, *l'étroite amitié que mon pere a eue avec Egeloque ; je parle de cet Egeloque qui mourut à la bataille : c'eſt lui qui a été la cauſe de tous nos malheurs ; car dès que le Roi eut commandé qu'on le ſaluât* fils de Jupiter, *cet homme ne pouvoit ſouffrir cela. Quoi !* dit-il, *reconnoîtrons-nous pour notre Roi celui qui dédaigne Philippe pour ſon pere ? C'en eſt fait de nous si nous l'endurons. Celui-là ne mépriſe pas ſeulement les hommes, mais auſſi les Dieux, qui veut être reſpecté comme un Dieu. Il n'y a plus d'Alexandre, nous n'avons plus de Roi, nous ſommes tombés ſous la tyrannie d'un monſtre d'orgueil également inſupportable & aux Dieux auxquels il s'égale, & aux hommes ſur qui il s'éleve. Avons-nous, au prix de notre ſang, fait un Roi qui nous foule aux pieds, & qui dédaigne de ſe communiquer aux mortels ? Et nous auſſi, si vous m'en croyez, & si nous avons du cœur, nous ſerons adoptés des Dieux. Qui a vengé la mort d'Alexandre ſon biſayeul ? qui a vengé celle d'Archelaüs & celle de Perdiccas ? N'a-t-il pas lui-même pardonné aux meurtriers de ſon pere ?* Voilà ce que nous dit Egeloque après ſouper, & le lendemain dès le point du jour, mon pere m'appella. Il étoit fort triſte, & voyoit que je ne l'étois pas

ii maxime, qui Parmenionem propinqua cognatione contingebant, poſtquam Philotan torqueri fama vulgaverat, legem Macedonum veriti, qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui regi insidiati erant, cum ipsis necarentur; alii ſe interficiunt; alii in devios montes vaſtasque ſolitudines fugiunt: ingenti per tota caſtra terrore diffuso, donec rex tumultu cognito, *legem ſe ſupplicio conjunctis ſontium remittere* edixit. Philotas, verone an mendacio liberare ſe a cruciatu voluerit, anceps conjectura eſt, quoniam & vera confessis, & falsa dicentibus, idem doloris finis oſtenditur. Ceterum, *Pater*, inquit, *meus Hegelocho quam familiariter usus sit, non ignoratis. Illum dico Hegelochum, qui in acie cecidit: ille omnium malorum nobis causa fuit. Nam cum primum* Jovis filium *ſe ſalutari jussit rex, id indigne ferens ille, hunc igitur, regem agnoscimus*, inquit, *qui Philippum dedignatur patrem? actum eſt de nobis, si iſta perpeti possumus. Non homines ſolum, ſed etiam Deos despicit, qui poſtulat Deus credi. Amisimus Alexandrum, amisimus regem: incidimus in ſuperbiam, nec Diis, quibus ſe exæquat, nec hominibus, quibus ſe eximit, tolerabilem. Noſtrone ſanguine Deum fecimus, qui nos faſtidiat? qui gravetur mortalium adire concilium? Credite mihi, & nos, si viri ſumus, a Diis adoptabimur. Quis proavum hujus Alexandrum, quis deinde Archelaüm, quis Perdiccan occisos ultus eſt? hic quidem interfectoribus patris ignovit.* Hæc Hegelochus dixit ſupra cœnam:

& postera die prima luce a patre accersor. Tristis erat, & me mœstum videbat. Audieramus enim, quæ sollicitudinem incuterent. Itaque ut experiremur, utrumne vino gravatus effudisset illa, an altiore concepta consilio; accersiri eum placuit. Venit: eodemque sermone ultro repetito adjecit, *se sive auderemus duces esse, proximas a nobis partes vindicaturum; sive deesset animus, consilium silentio esse tecturum*. Parmenioni, vivo adhuc Dario intempestiva res videbatur; non enim sibi, sed hosti esse occisuros Alexandrum: Dario vero sublato præmium regis occisis Asiam, & totum Orientem interfectoribus esse cessurum. Approbatoque consilio, in hæc fides data est & accepta. *Quod ad Dymnum pertinet, nihil scio; & hæc confessus intelligo non prodesse mihi, quod prorsus sceleris expers sum.*

Illi rursus tormentis admotis, cum ipsi quoque hastis os oculosque ejus everberarent; ut hoc quoque crimen confiteretur, expressere. Exigentibus deinde, *ut ordinem cogitati sceleris exponeret; cum diu Bactra retentura regem viderentur*, *timuisse* respondit, *ne pater* LXX *natus annos, tanti exercitus dux, tantæ pecuniæ custos, interim extingueretur, ipsique, spoliato tantis viribus, occidendi regis causa non esset. Festinasse ergo se, dum præmium haberet in manibus, repræsentare consilium, cujus patrem fuisse auctorem nisi crederent, tormenta quanquam tolerare non posset, tamen non recusaret.* Illi collocuti *satis quæsitum videri*; ad regem

moins que lui ; car ce que nous avions entendu étoit bien capable de nous mettre en peine. Désirant donc nous éclaircir si le vin lui avoit fait tenir ce discours, ou si c'étoit un dessein prémédité, nous fûmes d'avis de l'envoyer chercher, & nous ayant de son propre mouvement, répété les mêmes choses, il ajouta, *que si nous étions gens à nous rendre chefs d'une si belle entreprise, il nous seconderoit avec ardeur ; mais si nous manquions de cœur pour cela, qu'il le couvriroit d'un silence éternel.* Il sembloit à Parménion que du vivant de Darius, ce n'étoit pas la saison de se défaire d'Alexandre, parce que nous aurions plutôt fait les affaires de l'ennemi que les nôtres ; mais que Darius étant mort, l'Asie & tout l'Orient seroient le prix de cette action. Cela ainsi résolu, la foi fut donnée & reçue de part & d'autre. *Pour ce qui est de Dymnus, je proteste que je ne sçai ce que c'est ; & après ce que j'ai confessé, que me serviroit d'être innocent de ce dernier forfait ?*

Là-dessus étant remis à la question, & Cratere même & les autres le frappant de leurs javelots sur le visage & sur les yeux, ils lui arracherent encore la confession de ce crime. Lui ayant ordonné de déduire l'ordre de la conjuration, il répondit : *Comme il n'y avoit pas d'apparence que le Roi revînt si-tôt de la Bactriane, j'avois craint que mon pere, âgé de soixante & dix ans, qui avoit une si belle armée & tant de millions en son pouvoir, ne vînt cependant à me manquer, & que me trouvant dépouillé d'une si grande puissance, il n'y eût pas lieu d'exécuter ce dessein ; dans cette crainte je me suis hâté pendant qu'il avoit les forces en main. Je vous ai déclaré le tout de point en point, si vous croyez néanmoins que mon pere ait participé à ces derniers conseils, je ne refuse pas encore la question, quoique je ne sois plus en état de la souffrir.* Comme ils eurent conferé ensemble, jugeant qu'il en avoit assez

dit, ils allerent chez le Roi, qui leur commanda, *que le lendemain ils fiſſent lecture de la déposition de Philotas en pleine aſſemblée, qu'on l'y apportât, parce qu'il ne pouvoit ſe ſoutenir.* Etant demeuré d'accord de tout, on amene Démétrius, accuſé d'avoir trempé dans la nouvelle conſpiration ; mais il le nioit fort & ferme, & avec un courage & une contenance aſſurée ; il faiſoit des ſerments horribles, qu'une telle manie ne lui étoit jamais entrée dans l'ame ; il insiſtoit même que pour ſa plus grande juſtification il fût mis à la torture, quand Philotas tournant les yeux de tous côtés, apperçut près de là un certain Calys, & lui dit, *qu'il s'approchât ?* L'autre tout troublé, n'en voulant rien faire : *Quoi !* dit-il, *tu ſouffriras que Démétrius mente de la ſorte, & que je ſois encore tourmenté ?* Calys étoit demeuré plus mort que vif, & les Macédoniens s'imaginoient que Philotas chargeoit & innocents & coupables, à cauſe que ce jeune homme n'avoit point été nommé par Nicomachus, ni même par Philotas dans la queſtion. Néanmoins quand il ſe vit environné des Prevôts, il confeſſa, *que Démétrius & lui étoient du nombre des conjurés.* Le signal donné, Philotas & eux, & tous les autres nommés par Nicomachus, furent aſſommés à coups de pierres ſelon la coutume du pays. Il eſt certain qu'Aléxandre courut un grand danger, non-ſeulement de la vie, mais de voir tout ſon camp ſe révolter, parce que Parménion & ſon fils étoient si puiſſants, & si considerés, qu'à moins que d'être convaincus, on ne les eût pas condamnés qu'il n'y eût eu de grandes rumeurs dans l'armé. Aussi la recherche en étoit périlleuſe, & l'événement pouvoit avoir des ſuites fâcheuſes ; car tant que Philotas dénia le crime, la procédure ſembloit injuſte & pleine de cruauté ; mais il ne l'eut pas plutôt avoué, qu'il ne trouva plus de compassion même dans le cœur de ſes amis.

revertuntur. Qui poſtero die & *quæ confessus erat Philotas recitari ; & ipsum* quia ingredi non poterat, jussit *afferri.* Omnia agnoscente eodem, Demetrius, qui proximi ſceleris particeps esse arguebatur, producitur : multa affirmatione, animique pariter conſtantia, & vultu abnuens, *quidquam sibi in regem cogitatum esse ; tormenta etiam* deposcebat *in ſemetipſum.* Cum Philotas circumlatis oculis incideret in Calin quemdam, haud procul ſtantem, *propius eum* jussit *accedere.* Illo perturbato, & recusante transire ad eum, *patieris*, inquit, *Demetrium mentiri, rurſusque me excruciari ?* Calin vox ſanguisque defecerant ; & Macedones Philotan inquinare innoxios velle ſuspicabantur : quia nec a Nicomacho, nec ab ipso Philota, cum torqueretur, nominatus esset adolescens. Qui ut præfectos regis circumſtantes ſe vidit, *Demetrium & ſemetipsum id facinus cogitasse* confessus est. Omnes ergo a Nicomacho nominatos, more patrio, dato ſigno, ſaxis obruerunt. Magno non modo ſalutis, ſed etiam vitæ periculo liberatus erat Alexander : quippe Parmenio & Philotas, principes amicorum nisi palam ſontes, sine indignatione totius exercitus non potuissent damnari. Itaque anceps quæſtio fuit : dum inficiatus eſt facinus, crudeliter torqueri videbatur : poſt confessionem, Philotas ne amicorum quidem misericordiam meruit.

LIBER SEPTIMUS.

CAPUT PRIMUM.

PHILOTAN sicut recentibus ſceleris ejus veſtigiis jure affectum ſupplicio censuerant milites; ita poſtquam desierat esse, quem odissent, invidia in misericordiam vertit. Moverat & claritas juvenis; & patris ejus ſenectus atque orbitas. Primus Asiam aperuerat regi, omnium periculorum ejus particeps; ſemper alterum in acie cornu defenderat: Philippo quoque ante omnes amicus; & ipsi Alexandro tam fidus, ut occidendi Attalum non alio miniſtro uti mallet. Horum cogitatio ſubibat exercitum; ſeditiosæque voces referebantur ad regem. Quibus ille haud ſane motus, ſatisque prudens, otii vitia negotio diſcuti, edicit, *ut omnes in veſtibulo regiæ præſto adforent.* Quos ubi frequentes adesse cognovit; in concionem processit. Haud dubie ex composito Apharias poſtulare cœpit, *ut Lynceſtes Alexander, qui multo ante quam Philotas regem voluisset occidere, exhiberetur.* A duobus indicibus, sicut ſupra Diximus, delatus, tertium jam annum cuſtodiebatur in vinculis; eumdem in Philippi quoque cædem conjurasse cum Pausania, pro comperto fuit: ſed quia primus Alexandrum *Regem* ſalutaverat; ſup-



LIVRE SEPTIEME.

CHAPITRE PREMIER.

LORSQUE les traces du crime de Philotas étoient encore récentes, les ſoldats croyoient qu'il avoit été puni injuſtement; mais depuis qu'ils ne virent plus l'objet de leur haine, ils commencerent à le regretter. Le mérite de la perſonne qu'on avoit fait mourir à la fleur de ſon âge, & la vieilleſſe de ſon pere, qui voyoit ſa race éteinte au ſervice du Roi, les touchoient ſenſiblement. Ils plaignoient ce Parménion, qui le premier lui avoit ouvert le paſſage de l'Aſie, qui avoit eu part à tous ſes périls, & toujours commandé une des aîles de ſa bataile, favori de Philippe, & si affidé à Alexandre, qu'il n'employa que lui pour ſe défaire d'Atalus. L'image de ces choſes leur repaſſoit dans l'eſprit, & les incitoit à tenir des propos ſéditieux: on les rapportoit au Roi; il y faiſoit peu attention: mais comme il ſçavoit que les vices de l'oisiveté ſe dissipent par l'occupation, il leur commanda de ſe rendre à la place du palais, où les voyant en grand nombre, il entra dans l'aſſemblée. D'abord Apharias, qu'il avoit ſans doute attiré, demanda, *qu'on eût à repréſenter Lynceſtes, ſurnommé Alexandre*, qui long-temps avant Philotas, avoit entrepris de tuer le Roi, & depuis trois ans étoit détenu priſonnier, ayant été déferé par deux témoins. Il étoit aussi convaincu d'avoir trempé avec Pauſanias dans le meurtre de Philippe; mais parce qu'il avoit le premier ſalué Alexandre Roi, ſon ſupplice fut plutôt ſurcis, que ſon crime ne fut pardonné. D'ailleurs, les prieres d'Antipater, ſon beau-pere, avoient

ſuſpendu la colere du Prince, qui étant aſſoupie, ſe réveilla, quand le danger preſſant le fit reſſouvenir du paſſé. On amena donc Lynceſtes de la priſon, & lui ayant été ordonné de déduire ſes défenſes, quoiqu'il eût eu trois ans à ſe préparer, cependant héſitant & tremblant, il ne dit que bien peu de ce qu'il avoit prémédité, & à la fin il ſe troubla de telle ſorte, qu'il perdit & la mémoire & le jugement. Tout le monde crut que ce déſordre étoit plutôt un effet d'une mauvaiſe conſcience, qu'un défaut de mémoire, & comme il bégayoit encore, & tâchoit de reprendre la ſuite de ſon diſcours, ceux qui étoient près de lui le tuerent à coups de javelot. Après qu'on eut enlevé le corps, le Roi commanda qu'on amenât auſſi Amyntas & Simas, car Polemon, leur plus jeune frere, avoit pris la fuite, lorſqu'il ſçut qu'on donnoit la queſtion à Philotas.

De tous ſes amis, c'étoit ceux qu'il chériſſoit le plus, & qu'il avoit avancés par ſon crédit, leur procurant des charges & des emplois honorables. Le Roi ſe reſſouvenoit du ſoin qu'il avoit eu de les placer avantageuſement auprès de lui; de ſorte qu'il ne doutoit point qu'ils ne fuſſent de cette derniere conjuration. » Ce n'eſt pas d'aujourdhui, *dit-il*, » que je les ai pour ſuſpects, ma mere m'a ſouvent » averti de m'en méfier; mais comme je ne me » porte pas aiſément à croire le mal, je les ai ſouf» ferts, juſqu'à ce que forcé par des indices évi» dents, je les ai fait arrêter. On ſçait aſſurément » que le jour de devant que la trahiſon de Philotas » fût découverte, ils ont été en ſecrete conférence » avec lui, & leur frere ayant fui durant la queſ» tion, n'a pas laiſſé à deviner la cauſe de ſa fuite. » Dernierement, ſous prétexte de paroître affec» tionné à mon ſervice, ils ont éloigné leurs com» pagnons, qui étoient en quartier, pour paroître

plicio magis quam crimini fuerat exemtus. Tum quoque Antipatri ſoceri ejus preces juſtam regis iram morabantur. Ceterum recruduit ſoporatus dolor. Quippe veteris periculi memoriam præsentis cura renovabat. Igitur Alexander ex cuſtodia educitur ; juſſusque dicere , quam toto triennio meditatus erat defensionem , hæsitans & trepidus pauca ex iis , quæ composuerat , protulit : ad ultimum non memoria ſolum , ſed etiam mens eum deſtituit. Nulli erat dubium , quin trepidatio conscientiæ indicium esset , non memoriæ vitium. Itaque ex iis , qui proxime adſtiterant , obluctantem adhuc oblivioni lanceis confoderunt. Cujus corpore ſublato , rex *introduci* jussit *Amintam & Simiam :* nam Polemon , minimus ex fratribus, cum Philotan torqueri comperisset , profugerat.

Omnium Philotæ amicorum hi carissimi fuerant : ad magna & honorata miniſteria , illius maxime ſuffragatione producti : memineratque rex , ſummo ſtudio ab eo conciliatos sibi ; nec dubitabat ; » hujus quoque ultimi consilii fuisse participes. Igitur , olim esse sibi ſuſpectos matris ſuæ literis , quibus esset admonitus , ut ab his ſalutem ſuam tueretur. Ceterum ſe invitum deteriora credentem , nunc manifeſtis indiciis victum , jussisse vinciri. Nam pridie quam detegeretur Philotæ ſcelus , quin in ſecreto cum ipso fuissent , non posse dubitari. Fratrem vero , qui profugerit , cum Philotas torqueretur , aperuisse

» fugæ causam. Nuper præter conſuetudinem ,
» officii ſpecie , amotis longius ceteris , admo-
» visse ſemetipsos lateri ſuo , nulla probabili
» causa : ſeque mirantem , quod non vice ſua ,
» tali fungerentur officio , & ipsa trepidatione
» eorum perterritum , ſtrenue ad armigeros ,
» qui proximi ſequebantur , recessisse. Ad hoc
» accedere , quod cum Antiphanes , ſcriba
» equitum , Amyntæ denuntiasset , pridie
» quam Philotæ ſcelus deprehensum esset ,
» ut ex ſuis equis more ſolito daret iis , qu
» amisissent ſuos ; ſuperbe respondisse , nis
» incepto desiſteret , brevi ſciturum , quis ip
» ſe esset. Jam linguæ violentiam , temerita
» temque verborum , quæ in ſemetipsum jacu
» larentur , nihil aliud esse quam ſceleſti anim
» indicem ac teſtem. Quæ si vera essent , ider
» meruisse eos , quod Philotan ; si falsa , exi
» gere ipsum ut refellant.

Productus deinde Antiphanes , *de equis nc*
traditis , & *adjectis etiam ſuperbe minis* , ind
cat. Tum Amyntas , facta dicendi poteſtate
si nihil , inquit , *intereſt regis : peto , ut , du*
dico , vinculis liberer. Rex *ſolvi utrumque* jube
desiderantique Amyntæ , *ut habitus quoq*
redderetur armigeri , *lanceam dari* jussit. Qua
ut læva comprehendit , evitato eo loco ,
quo Alexandri corpus paulo ante jacuera
» Qualiscumque , *inquit* , exitus nos mane
» rex : confitemur , prosperum eventum t
» debituros ; triſtiorem fortunæ imputatur
» Sine præjudicio dicimus causam , liberis c

» autour de moi, sans aucune occasion apparente : » comme je m'étonnois de ce que n'étant pas de service, ils entreprenoient sur la charge des autres, » je me suis jetté au milieu de mes gardes. En outre, le jour de devant que Philotas fut pris, Antiphanes Commissaire de la Gendarmerie, ayant » sommé Amyntas de fournir des chevaux, selon la » coûtume, à ceux qui avoient perdu les leurs, il lui » a répondu superbement, que s'il ne se désistoit de » sa poursuite, il lui montreroit à qui il avoit affaire. Enfin, ces discours insolents qu'ils tenoient à » toute heure contre moi, n'étoient que des marques trop assurées de leur mauvais dessein. Si ces » choses sont véritables, ils ne méritent pas un » meilleur traitement que Philotas ; & si elles ne le » sont point, qu'ils s'en justifient.

Antiphanes, confronté ensuite avec Amyntas, ui soutint, *qu'il n'avoit pas seulement refusé des hevaux ; mais ajoûté à ce refus de grandes menaes.* Alors Amyntas ayant eu permission de se défendre, dit, *que si cela n'importoit de rien au Roi, l le supplioit de lui faire ôter ses chaînes, tandis u'il parleroit*, ce qui lui fut accordé, & à son frere ; & comme il demandoit encore, *qu'on lui renît ses armes*, il lui fit donner une javeline, qu'il rit de la main gauche ; & après s'être éloigné du eu où avoit été le corps de Lyncestes, il commena à dire : » Quelque soit le sort que le ciel nous destine, & quelque succès que puisse avoir cette affaire, nous avouons, Seigneur, que s'il est heureux, nous vous en serons redevables, & s'il en arrive autrement, nous ne sçaurions l'imputer qu'à notre malheur. Vous ne nous condamnez

» point sans nous ouïr, & ne vous contentez pas de » nous laisser libres en nos personnes, en nos défenses, vous nous remettez au même état dans lequel nous avons coûtume de vous suivre. Nous » ne devons donc non-plus douter de l'issue du jugement, que de la justice de notre cause. Mais » permettez-moi, Seigneur, de commencer à nous » défendre par où vous avez achevé de nous accuser. Nos consciences ne nous reprochent point » d'avoir tenu le discours contraire au respect qui » vous est dû, & je dirois, qu'il y a long-temps » que vous êtes au-dessus de l'envie, si je n'avois » peur que vous ne crussiez qu'avec des paroles flatteuses, je voulusse couvrir les paroles criminelles » qu'on nous impose. Si par hazard il en est échappé quelqu'une un peu licencieuse à vos soldats, » ou accablés des fatigues de la guerre, ou exposés » à des périls continuels, ou étant malades, ou pensant leurs blessures dans leurs tentes, les services » de tant de braves hommes méritent bien quelque » indulgence, & que vous vouliez plutôt l'attribuer » au chagrin qui accompagne la misere, qu'à aucune sorte de mauvaise volonté. Quand nous » souffrons, nous sommes tous criminels, chacun » s'émancipe dans ses discours, nous faisons encore » plus, nous tournons nos mains violentes contre » nous-mêmes, qu'on ne peut pas dire que nous » haïssons, & durant cette fâcheuse humeur, si les » enfants rencontroient leurs peres, ils ne les regarderoient pas, à peine les pourroient-ils souffrir. Au contraire, tout nous vient-il à souhait, » sommes-nous honorés de présents, revenons-nous » chargés de butin, on ne peut durer avec nous, un » transport d'alégresse nous saisit, & nous met hors » des bornes. Ni la colere, ni la joie du soldat ne » sont jamais moderées; toutes nos passions nous » emportent avec violence, nous blâmons, nous » loüons, nous sommes touchés de pitié, d'indignation, enflammés de courroux selon les divers

» poribus animisque. Habitum etiam, in quo
» te comitari ſolemus, reddidiſti. Causam non
» possumus; fortunam timere desinemus. Te
» quæso, permittas mihi id primum defende-
» re, quod a te ultimum objectum eſt. Nos,
» rex, ſermonis adversus majeſtatem tuam ha-
» biti nullius conscii ſumus nobis. Dicerem,
» jam pridem vicisse te invidiam, nisi pericu-
» lum esset, ne alia maligne dicta crederes
» blanda oratione purgari. Ceterum etiamsi
» militis tui vel in agmine deficientis & fati-
» gati, vel in acie periclitantis, vel in taber-
» naculo ægri & vulnera curantis, aliqua vox
» aſperior esset accepta; merueramus forti-
» bus factis, ut malles ea tempori noſtro im-
» putare, quam animo. Cum quid accidit
» triſtius, omnes rei ſunt: corporibus noſtris,
» quæ utique non odimus, infeſtas admove-
» mus manus; parentes liberis si occurrant,
» & ingrati & invisi ſunt. Cum donis honora-
» mur; cum præmiis onuſti revertimur, quis
» ferre nos poteſt? quis illam animorum ala-
» critatem continere? Militantium nec indi-
» gnatio, nec lætitia moderata eſt. Ad om-
» nes affectus impetu rapimur. Vituperamus,
» laudamus, miseremur, irascimur, utcum-

» que præsens movit affectio. Modo Indiam » adire & Oceanum libet ; modo conjugum » & liberorum patriæque memoria occurrit. » Sed has cogitationes, has inter se collo» quentium voces, signum tuba datum finit : » in suos ordines quisque currimus, & quid» quid irarum in tabernaculo conceptum est, » in hostium effunditur capita. Utinam Philo» tas quoque intra verba peccasset.

» Proinde ad id revertar, propter quod rei » sumus. Amicitiam, quæ nobis cum Philota » fuit, adeo non eo infitias, ut expetisse quo» que nos, magnosque ex ea fructus perce» pisse confitear. An vero Parmenionis, quem » tibi proximum esse voluisti, filium, omnes » pene amicos tuos dignatione vincentem, cul» tum a nobis esse miraris ? Tu hercule, si » verum audire vis, rex, hujus nobis periculi » causa es. Quis enim alius effecit, ut ad Phi» lotan decurrerent, qui placere vellent tibi ? » Ab illo traditi ad hunc gradum amicitiæ » tuæ ascendimus. Is apud te fuit, cujus gra» tiam expetere ; & iram timere possemus. An » non propemodum in tua verba, tui omnes » te præeunte juravimus, eosdem nos inimi» cos amicosque habituros esse, quos tu ha» beres ? Hoc sacramento pietatis obstricti a» versaremur scilicet, quem tu omnibus præ» ferebas ? Igitur si hoc crimen est ; tu paucos » innocentes habes : immo hercule neminem. » Omnes enim Philotæ amici esse voluerunt : » sed totidem, quot volebant esse, non pote-

» objets qui nous meuvent. Aujourdhui nous ne » parlons que d'aller conquérir les Indes & l'Océan, » & demain, l'amour de la patrie, de nos femmes, » de nos enfants, nous rappelle. Mais toutes ces » pensées, tous ces murmures se dissipent au pre- » mier son de trompette; alors nous courons cha- » cun en nos rangs, & tout ce que nous avons con- » çu de colere & de dépit dans nos tentes, nous » l'allons décharger sur la tête des ennemis. Et plût » à Dieu que Philotas en fût demeuré dans les ter- » mes des simples paroles!

» Revenons donc au chef principal de l'accusa- » tion. Je désavoue si peu l'amitié de Philotas, que » je confesse l'avoir recherchée, & d'en avoir tiré » de grands fruits; & trouvez-vous étrange que » nous ayons fait la cour à celui qui possédoit pres- » que toute la faveur, & qui étoit fils de Parmé- » nion votre favori, ou plutôt un autre vous-mê- » me? S'il faut dire sincérement la vérité, c'est » vous, qui nous avez tendu ce piége, Seigneur; » car qui a fait que tous ceux qui vous vouloient » plaire, ont couru à lui, si ce n'est vous-même? » C'est de sa main que nous vous avons été don- » nés, & que nous avons été élevés au rang que » nous tenions de votre bienveillance. Vous l'aviez » fait si puissant, que nous avions sujet de désirer » son amitié, & de redouter ses mauvaises graces. » Mais n'avons-nous pas tout juré entre vos mains, » en la forme que vous nous avez dictée, que nous » serions amis de vos amis, & ennemis de vos en- » nemis? Liés par un serment si solemnel, pou- » vions-nous ne pas adorer un homme que vous » préferiez à tous les autres, que vous faisiez l'ar- » bitre de nos fortunes? Certainement, si c'est-là » un crime, peu en sont exempts, & j'oserai dire, » personne; car tous ont voulu être des amis de » Philotas, mais ne l'étoit pas qui vouloit; de sorte » que si vous ne distinguez point ses amis d'avec les » coupables, vous ne mettrez point aussi de diffé-

» rence entre ſes amis, & ceux qui ont désiré de
» l'être. Quelle preuve donc, ou quelle indice y a-
» t-il contre nous ? Eſt-ce que le jour de devant il
» nous a entretenus en particulier, & que nous
» avons eu une longue conférence enſemble ? Cela
» ſeroit bon, & nous n'aurions pas dequoi nous la-
» ver, si nous n'avions toujours vécu ainsi avec lui;
» mais n'ayant rien fait ce jour-là, que nous n'euſ-
» sions coûtume de faire tous les autres jours, notre
» conduite eſt notre juſtification. Mais j'ai refuſé
» des chevaux à Antiphanes, & il ſe trouve que c'eſt
» juſtement la veille du jour que Philotas fut arrê-
» té. S'il penſe nous rendre ſuſpects, pour ne lui
» avoir pas voulu donner des chevaux, qu'a-t-il à
» à dire pour lui-même qui en a voulu avoir ? Cer-
» tes, le ſoupçon eſt égal des deux côtés, autant
» contre celui qui demande, que contre celui qui
» refuſe, si ce n'eſt que la cauſe la meilleure eſt
» toujours celle de celui qui ne veut pas donner ce
» qui lui appartient, plutôt que de l'autre qui de-
» mande ce qui n'eſt pas à lui. Au reſte, je n'avois
» en tout que dix chevaux, dont Antiphanes en
» avoit déja diſtribué huit à ceux qui avoient perdu
» les leurs : il ne m'en reſtoit que deux, que cet in-
» ſolent, & je puis dire, le plus déraiſonnable des
» hommes, vouloit emmener à toute force; pou-
» vois-je les laiſſer aller, à moins que de vouloir
» combattre à pied dans la cavalerie ? Je ne nie pas
» que je lui ai parlé comme un homme de cœur
» & de ma condition peut parler au plus lâche
» homme de la terre, & qui n'a point de meilleur
» emploi dans l'armée, que de fournir les chevaux
» d'autrui à ceux qui veulent combatre. Mais ne
» ſuis-je pas bien malheureux, qu'il me faille d'u-
» ne même excuſe ſatisfaire & Alexandre & Anti-
» phanes ? Néanmoins, la Reine votre mere vous
» a écrit que nous étions vos ennemis ? Je ſuis fâché
» que les ſoins qu'elle a pour ſon fils ne ſoient point
» accompagnés de plus de prudence, & qu'elle vous

» rant. Ita si a consciis amicos non dividis ; » nec ab amicis quidem ſeparabis illos, qui » idem esse voluerunt. Quod igitur conscien- » tiæ affertur indicium ? ut opinor, quia pri- » die familiariter, & sine arbitris locutus eſt » nobiscum ? At ego purgare non possem, » si pridie quidquam ex vetere vita ac more » mutassem. Nunc vero, si, ut omnibus die- » bus, illo quoque, qui ſuſpectus eſt, feci- » mus, consuetudo diluet crimen. Sed equos » Antiphani non dedimus ! & pridie quam » Philotas detectus eſt, hæc mihi cum Anti- » phane res erat ! qui si nos ſuſpectos facere » vult, quod illo die equos non dederimus ; » ſemetipsum, quod eos desideraverit, pur- » gare non poterit. Anceps enim crimen eſt in- » ter retinentem & exigentem ; nisi quod me- » lior eſt causa ſuum non tradentis, quam » poscentis alienum. Ceterum, rex, equos » decem habui, e quibus Antiphanes octo jam » diſtribuerat iis, qui amiserant ſuos. Omni- » no duos ipse habebam : quos cum vellet ab- » ducere homo ſuperbissimus, certe iniquissi- » mus, nisi pedes militare vellem, retinere co- » gebar. Nec infitias eo, liberi hominis animo » locutum esse me cum ignavissimo, & hoc » unum militiæ ſuæ usurpante, ut alienos » equos pugnaturis diſtribuat. Huc enim ma- » lorum ventum eſt, ut verba mea eodem tem- » pore, & Alexandro excusem, & Antipha- » ni. At hercule mater de nobis inimicis tuis » ſcripsit ! Utinam prudentius esset ſollicita pro

» filio, & non inanes quoque species anxio » animo figuraret. Quare enim non adscribit » metus sui causam? Denique, non ostendit » auctorem, quo facto dictove nostro mota » tam trepidas tibi litteras scripsit. O! mise- » ram conditionem meam, cui forsitan non » periculosius est tacere quam dicere.

» Sed utcumque cessura res est, malo tibi » defensionem meam displicere, quam cau- » sam. Agnosces autem quæ dicturus sum; » quippe meministi, cum me ad perducendos » ex Macedonia milites mitteres, dixisse te, » multos integros juvenes in domo tuæ matris » abscondi. Præcipisti igitur mihi, ne quem » præter te intuerer, sed detrectantes mili- » tiam perducerem ad te. Quod equidem fe- » ci, & liberius, quam expediebat mihi, exe- » cutus sum imperium tuum. Gorgian, Heca- » teum & Gorgatan, quorum bona opera ute- » ris, inde perduxi. Quid igitur iniquius est, » quam me, qui si tibi non paruissem, jure » daturus fui pœnas; nunc perire, quia pa- » rui? Neque enim ulla alia matri tuæ perse- » quendi nos causa est, quam quod utilitatem » tuam muliebri præposuimus gratiæ. Sex mil- » lia Macedonum peditum, & DC equites ad- » duxi, quorum pars secutura me non erat, » si militiam detrectantibus indulgere voluis- » sem. Sequitur ergo, ut, quia illa propter » hanc causam irascitur nobis; tu mitiges ma- » trem, qui iræ ejus nos obtulisti.

CAP. II. Dum hæc Amyntas agit, forte

» rempliſſe l'eſprit de ces vaines terreurs. Comment » n'a-t-elle point nommé ſon auteur, ni ſpécifié » ce que nous avons fait ou dit qui l'ait portée à » vous écrire des lettres si effrayantes? A quoi en » ſuis-je réduit, qu'il n'y a pas peut-être plus de » danger à me taire, qu'à parler!

» Mais je m'attends à tout événement; si j'ai à » vous déplaire, Seigneur, j'aime mieux que ce » ſoit en me juſtifiant, qu'en paſſant pour coupable. » Vous ſçavez si ce que je vais dire eſt vrai, & vous » vous rappellerez, s'il vous plaît, que lorſque vous » m'envoyâtes en Macédoine pour y lever des trou- » pes, vous me dites qu'il y avoit beaucoup de jeu- » nes gens propres à porter les armes, qui ſe ca- » choient dans le palais de la Reine de peur d'aller » à la guerre. Là-deſſus vous me commandâtes de » ne regarder que vous, & de vous amener, à quel- » que prix que ce fût, cette jeuneſſe fainéante; ce » que j'ai fait, peut-être avec plus de zéle qu'il ne » m'étoit expédient. J'ai tiré de-là un Gorgias, un » Hécatée, un Gorgate, qui vous rendent de bons » ſervices. Qu'y a-t-il donc de plus injuſte que de » me faire mourir pour vous avoir obéi, puiſque » j'aurois mérité la mort si je ne l'avois pas fait? » Car, après tout, nous ne ſommes perſécutés de la » Reine votre mere, que pour avoir préféré votre » ſervice à ſes bonnes graces. Je vous ai amené six » mille Macédoniens pour l'infanterie, & six cens » chevaux, dont une partie ne m'auroit pas ſuivi, » pour peu je me fuſſe relâché de vos ordres. Si » c'eſt-là le ſeul objet qui offenſe la Reine, & qui » indiſpoſe contre nous, c'eſt à vous, Seigneur, à » faire notre paix, puiſque c'eſt vous qui nous avez » expoſés à ſa colere.

CHAP. II. Pendant qu'Amyntas parloit ainsi,

ceux qui avoient atteint ſon frere Polemon, comme il s'enfuyoit, arriverent, & le ramenerent lié. A peine put-on empêcher que la multitude animée ne l'aſſommât ſur l'heure à coups de pierres, ſelon la coûtume; mais ſans donner aucun signe d'étonnement, il dit, *qu'il n'avoit point de priere à faire pour lui, pourvu que ſa faute ne préjudiciât point à ſes freres. Que s'il ne s'en pouvoit juſtifier, & qu'il eût manqué à ſon devoir, la faute étoit perſonnelle; mais que pour eux, leur cauſe étoit d'autant meilleure, qu'il n'étoit ſuſpect que par ſa fuite.* On lui ſçut si bon gré d'avoir parlé comme il fit, qu'ils verſerent tous des larmes; les eſprits changerent tout à coup, & ce qui les avoit le plus irrités, fut ce qui les rendit favorables. C'étoit un jeune homme que l'exemple des autres avoit entraîné ſur l'épouvante de la queſtion de Philotas, & ſe voyant abandonné de ſes compagnons, comme il ne ſçavoit s'il devoit revenir ou fuir, il fut pris par ceux qui le pourſuivoient. Il fondoit en larmes, & ſe battoit le viſage, outré de douleur, non pour ſa propre infortune, mais pour le danger où il avoit précipité ſes freres: l'aſſemblée, & le Roi même, s'étoient laiſſé fléchir; il n'y avoit que ſon frere d'inexorable, qui le regardant d'un viſage furieux, lui dit: *Eſt-ce maintenant qu'il faut pleurer, inſenſé que tu es? c'étoit quand tu piquois si bien pour prendre la fuite, déſerteur de tes freres, & compagnon des déſerteurs de ton Roi. Et où allois-tu, miſérable! & pourquoi t'en aller? Considere à quoi tu m'as réduit, que pour me juſtifier, il faille que je te prenne à partie.* Polemon confeſſoit *d'être coupable; mais plus contre ſes freres, que contre ſon devoir.* Alors les ſoldats ne purent plus retenir les

ſupervenerunt, qui fratrem ejus Polemonem, de quo ante dictum eſt, fugientem consecuti vinctum reducebant. Infeſta concio vix inhiberi potuit; quin protinus ſuo more ſaxa in eum jaceret. Atque ille ſane interritus, *nihil*, inquit, *pro me deprecor; modo ne fratrum innocentiæ fuga imputetur mea. Hæc si defendi non poteſt, meum crimen sit. Horum ob id ipsum melior eſt causa, quod ego, qui profugi, ſuſpectus ſum.* At hæc elocuto universa concio aſſensa eſt. Lacrymæ deinde omnibus manare cœperunt, adeo in contrarium repente mutatis; ut ſolum pro eo esset, quod maxime læserat. Juvenis erat primo ætatis flore pubeſcens, quem inter equites tormentis Philotæ conturbatos alienus terror abſtulerat. Desertum eum a comitibus, & hæsitantem inter revertendi fugiendique consilium, qui ſecuti erant occupaverunt. Is tum flere cœpit, & os ſuum converberare: mœſtus, non ſuam vicem; ſed propter ipsum periclitantium fratrum. Moveratque jam regem, non concionem modo: ſed unus erat implacabilis frater; qui terribili vultu intuens eum: *Tum*, ait, *demens, lacrymare debueras, cum equo calcaria ſubderes, fratrum desertor, & desertorum comes. Miser quò, & unde fugiebas? Effeciſti, ut reus capitis, accusatoris uterer verbis.* Ille, *peccasse ſe; ſed gravius in fratres, quam in ſemetipsum*, fatebatur. Tum vero neque lacrymis, neque acclamationibus, quibus ſtudia ſua multiudo profitetur, temperaverunt. Una vox

erat pari emissa consensu, *ut insontibus & fortibus viris parceret.*

Amici quoque, data misericordiæ occasione, consurgunt, flentesque regem deprecantur. Ille silentio facto, *& ipse*, inquit, *Amyntam mea ſententia fratresque ejus absolvo. Vos autem, juvenes, malo beneficii mei oblivisci, quam periculi veſtri meminisse. Eadem fide redite in gratiam mecum; qua ipse vobiscum revertor. Nisi quæ delata essent, excussissem; valde dissimulatio mea ſuspecta esse potuisset. Sed ſatius eſt purgatos esse, quam ſuspectos. Cogitate, neminem absolvi posse, nisi qui dixerit causam. Tu Amynta ignosce fratri tuo. Erit hoc simpliciter etiam mihi reconciliati animi tui pignus.*

Concione deinde dimissa, Polydamanta vocari jubet. Longe acceptissimus Parmenioni erat, proximus lateri in acie ſtare ſolitus. Et quanquam conscientia fretus in regiam venerat; tamen ut jussus eſt fratres ſuos exhibere, admodum juvenes, & regi ignotos ob ætatem: fiducia in ſollicitudinem versa trepidare cœpit, ſæpius quæ nocere possent, quam quibus eluderet, reputans. Jam armigeri, quibus imperatum erat, produxerant eos; cum exſanguem metu Polydamanta *propius accedere* jubet. Submotisque omnibus, *ſcelere*, inquit, *Parmenionis omnes pariter appetiti ſumus. Maxime ego ac tu; quos amicitiæ ſpecie fefellit. Ad quem perſequendum puniendumque (vide quan-*

pleurs ni les acclamations, dont une multitude exprime ſes mouvements; mais ils crierent tous d'une voix; *Qu'il pardonnât à ces braves hommes qui n'étoient point criminels*.

Les principaux de la Cour voyant l'occasion favorable, & les choſes diſpoſées à la miſéricorde, ſe leverent, & avec larmes intercéderent pour eux. Le Roi ayant fait faire silence : *Et moi aussi*, dit-il, *je leur donne mon ſuffrage, & les renvoie tous trois abſous*; puis s'adreſſant à eux. *Seulement*, ajoûta-t-il, *je désire que vous oubliez plutôt la faveur que je vous ai faite, que de vous ſouvenir du danger où vous avez été. Revenez à moi avec la même franchiſe que je reviens à vous. Si je ne me fuſſe éclairci des rapports qu'on m'avoit faits, vous euſsiez eu grand ſujet de vous méfier de mon silence : il eſt mieux pour vous d'être purgés que ſuſpects, & ſçachez qu'en fait de crimes capitaux, nul ne ſe peut dire abſous, s'il n'a paſſé par les formes. Et toi, Amyntas, pardonne à ton frere, je le regarderai comme un gage de ta réconciliation avec moi.*

Il congédia enſuite l'aſſemblée, & fit appeller Polydamas, l'intime ami de Parménion, & qui dans le combat étoit toujours le plus proche de ſa perſonne: quoiqu'il fut venu librement, ſa conſcience ne lui reprochant rien, cependant lorſqu'on lui commanda d'amener ſes freres, qui n'étoient point connus du Roi à cauſe de leur bas âge, il commença à s'effrayer, & ſongea plus à ce qui lui pouvoit nuire, qu'à ce qui pouvoit le juſtifier. Comme les Archers les eurent conduits, ſelon l'ordre qu'ils en avoient eu, le Roi fit approcher Polydamas, qui trembloit, & après avoir fait ſortir tout le monde, il lui dit : *L'attentat de Parménion nous a tous attaqués en général; mais particulierement nous deux, qu'il a méchamment trahis ſous ombre d'amitié. Je ſuis obligé de le châtier, & je vous ai choisi pour cela, voyez si je me fie à vous. Je garderai vos freres juſqu'à ce que vous ayez exécuté mes ordres. Vous irez en Mé-*

die, & porterez à mes Lieutenants ces lettres écrites de ma main ; mais il faut uſer de diligence pour prévenir celle de la Renommée. Je veux que vous y arriviez de nuit, & que le lendemain vous fassiez ce que portent vos inſtructions. Vous rendrez aussi des lettres à Parménion, l'une de moi, & l'autre de la part de Philotas. J'ai ſon cachet, le pere qui croira que ſon fils lui écrit, ne ſe doutera de rien quand il vous verra.

Polydamas délivré d'une si grande frayeur, en promit plus qu'on ne lui en demandoit, & chargé de louanges & de promeſſes, quitta ſon habit pour s'habiller à la mode des Arabes. Le Roi lui donna deux Arabes pour l'accompagner, & retint leurs femmes & leurs enfants en ôtage. Malgré les déſerts qu'il lui fallut traverſer, il ſe rendit l'onziéme jour au lieu où il alloit, & avant qu'on fût averti de ſon arrivée ; ayant repris ſes habits à la Macédonienne, il vint deſcendre ſur la quatriéme veille de la nuit à la tente de Cléandre, Lieutenant de Roi dans la Province. Comme il eut diſtribué ſes lettres, ils réſolurent de ſe rendre au point du jour chez Parménion, où les autres Chefs, à qui le Roi avoit aussi écrit, devoient ſe trouver. On avoit déja fait ſçavoir à Parménion que Polydamas étoit arrivé : charmé de l'arrivée de ſon ami, & impatient d'apprendre des nouvelles du Roi, dont il n'avoit rien appris depuis long-temps, il le faiſoit chercher partout. Les maiſons de plaiſance de ces pays ſont accompagnées de grands parcs, où il y a de longues allées d'arbres alignés, & embellies de fontaines & de canaux ; ce ſont les principales délices des Rois

tum fidei tuæ credam) te ministro uti statui. Obsides, dum hoc peragis, erunt fratres tui. Proficiscere in Mediam, & ad præfectos meos literas scriptas manu mea perfer. Velocitate opus est, qua celeritatem famæ antecedas. Noctu pervenire illuc te volo ; postero die, quæ scripta erunt, exequi. Ad Parmenionem quoque epistolas feres ; unam a me ; alteram Philotæ nomine scriptam. Signum annuli ejus in mea potestate est. Sic pater credens a filio impressum, cum te viderit, nihil metuet.

Polydamas, tanto liberatus metu, impensius etiam, quam exigebatur, promittit operam. Collaudatusque & promissis oneratus, deposita veste quam habebat, Arabica induitur. Duo Arabes, quorum interim conjuges ac liberi, vinculum fidei, obsides apud regem erant, dati comites. Per deserta etiam ob siccitatem loca camelis, undecima die, quo destinaverat, perveniunt. Et prius quam ipsius nuntiaretur adventus, rursus Polydamas vestem Macedonicam sumit, & in tabernaculum Cleandri (prætor hic regius erat) quarta vigilia pervenit. Redditis deinde literis, constituerunt prima luce ad Parmenionem coïre. Namque ceteris quoque literas regis attulerat. Jam ad eum venturi erant, cum Parmenioni *Polydamanta venisse* nuntiaverunt. Qui dum lætatur adventu amici, simulque noscendi, quæ rex ageret, avidus (quippe longo intervallo nullam ab eo epistolam acceperat) *Polydamanta requiri* jubet. Diversoria regionis illius ma-

gnos recessus habent, amœnosque nemoribus manu consitis; ea præcipue regum ſatraparumque voluptas erat. Spatiabatur in nemore Parmenion medius inter duces, quibus erat imperatum literis Regis, ut occiderent. Agendæ autem rei conſtituerant tempus, *cum Parmenion a Polidamante literas traditas legere cœpisset*. Polydamas procul veniens, ut a Parmenione conspectus, vultu lætitiæ ſpeciem præferente, ad complectendum eum cucurrit; mutuaque gratulatione functi, Polydamas epiſtolam ab rege ſcriptam ei tradidit. Parmenion vinculum epiſtolæ ſolvens, *quidnam rex ageret?* requirebat. Ille *ex ipsis literis cogniturum esse* respondit. Quibus Parmenion lectis; *Rex*, inquit, *expeditionem parat in Arachosios. Strenuum hominem & nunquam cessantem! ſed tempus ſalutis ſuæ tanta jam parta gloria parcere.* Alteram deinde epiſtolam, Philotæ nomine ſcriptam lætus, quod ex vultu notari poterat, legebat. Tum ejus latus gladio haurit Cleander, deinde jugulum ferit; ceteri exanimem quoque confodiunt.

Et armigeri, qui ad aditum nemoris aſtiterant, cognita cæde, cujus causa ignorabatur, in caſtra perveniunt; & tumultuoso nuntio milites concitant. Illi armati ad nemus, in quo perpetrata cædes erat, coëunt: & *ni Polydamas, ceterique ejusdem noxæ participes dedantur; murum circumdatum nemori eversuros* denuntiant; *omniumque ſanguine duci parentaturos*. Cleander *primores eorum intromitti* jubet;

& des Satrapes Barbares. Parménion ſe promenoit dans le bois au milieu des Capitaines qui avoient ordre de le tuer, & ils avoient concerté de prendre leur temps comme il liroit ſes lettres. Polydamas, d'aussi loin qu'il vit Parménion, courut l'embraſſer, faiſant éclater la joie ſur ſon viſage : après les compliments faits de part & d'autre, & pleins de marques d'amitié, il lui donna la lettre qu'Alexandre lui écrivoit. En l'ouvrant, il lui demanda *ce que faiſoit le Roi?* Il répondit, *qu'il l'apprendroit par ſes lettres ;* & Parménion après les avoir lûes, lui dit : *Le Roi ſe prépare pour ſon voyage contre les Aracosiens ; choſe admirable ! ce Prince ne ſe donne point de repos. Il eſt temps, cependant, qu'il ſonge à ſe ménager, après avoir acquis tant de gloire.* Il prit enſuite la lettre écrite au nom de Philotas, & paroiſſoit la lire avec grand plaisir, quand Cléandre lui plongea le poignard dans le flanc, & lui porta un autre coup à la gorge ; les autres lui donnerent plusieurs coups après ſa mort.

Ses gardes qui étoient à l'entrée du bois, apprenant ce meurtre, dont ils ignoroient la cauſe, coururent au camp, & publiant une si ſanglante nouvelle, cauſerent l'émeute parmi les troupes, qui prennent aussi-tôt les armes, & s'en viennent au parc, menaçant, *Si l'on ne leur livre Polydamas & ſes complices, d'en renverſer les murs, & de ſacrifier les meurtriers à leur Général.* Cléandre fit entrer les principaux Officiers, auſquels il lut les lettres que le Roi écrivoit aux ſoldats, où étoit contenue la conſpiration de Parménion contre ſa perſonne, & la priere qu'il leur faiſoit de le venger.

La volonté du Roi étant ſçue, appaiſa l'émeute ; mais non-pas l'indignation des gens de guerre ; la plûpart de ceux-ci s'étant retirés, ceux qui reſterent prierent Cléandre, qu'au moins il leur fût permis d'enlever le corps pour lui donner la ſépulture, ce qu'il leur refuſa long-temps, craignant d'offenſer le Roi ; mais comme ils s'opiniâtroient à le demander, jugeant qu'il falloit ôter tout ſujet de ſédition, il leur permit d'enſevelir le corps, après en avoir fait ſéparer la tête, qu'il envoya à Alexandre. Ainsi finit ce grand homme, illuſtre dans la paix comme dans la guerre, qui avoit fait plusieurs belles choſes ſans le Roi, au lieu que le Roi n'avoit jamais rien fait de grand ſans lui. Il ſçut contenter l'ambition d'un Prince d'autant plus difficile, qu'il étoit prodigieuſement heureux, & qu'il vouloit que tout ſecondât ſa bonne fortune. Il étoit âgé de ſoixante & dix ans, & avoit fait en ſa jeuneſſe toutes les fonctions de Capitaine, & ſouvent celles de simple ſoldat ; il étoit d'un conſeil pénétrant, homme d'exécution, aimé des Grands, & plus encore des gens de guerre. On ne peut dire si toutes ces choſes lui firent naître l'envie d'aſpirer à la Royauté, ou ne firent qu'exciter la méfiance du Prince, puiſque du temps même que l'affaire étoit récente, & qu'il étoit plus aiſé de s'en éclaircir, on n'a jamais pu ſçavoir si Philotas, vaincu par la violence des tourments, avoit confeſſé la vérité, dont il n'y avoit point de preuves, ou s'il avoit inventé tout ce qu'il dît, pour faire ceſſer la torture.

Alexandre trouva à propos de ſéparer du reſte de l'armée ceux qui avoient murmuré hautement de cette mort, & en fit un corps à part, auquel il donna pour Chef Léonidas, autrefois grand ami de Parménion. C'étoit preſque tous ceux qu'il avoit déja en aversion ; car un jour voulant ſonder l'eſprit des ſoldats, il les fit avertir qu'il les envoyoit en Macédoine, & que s'ils vouloient écrire, leurs lettres ſe-

literasque regis scriptas ad milites recitat, quibus *insidiæ Parmenionis in regem, precesque, ut ipsum vindicarent*, continebantur. Igitur cognita regis voluntate, non quidem indignatio; sed tamen seditio compressa est. Dilapsis pluribus pauci remanserunt, qui, *saltem ut corpus ipsius sepelire permitterent*, precabantur. Diu id negatum est, Cleandri metu, ne offenderet regem. Pertinacius deinde precantibus, materiem consternationis subtrahendam ratus, capite deciso truncum humare permisit. Ad regem caput missum est. Hic exitus Parmenionis fuit, militiæ domique clari viri. Multa sine rege prospere; rex sine illo nihil magnæ rei gesserat. Felicissimo regi, & omnia ad fortunæ suæ exigenti modum satisfecit. LXX natus annos, juvenis ducis, & sæpe etiam gregarii militis munia explevit. Acer consilio; manu strenuus; carus principibus; vulgo militum acceptior. Hæc impulerant illum ad regni cupiditatem, an tantum suspectum fecerint, ambigi potest. Quia Philotas ultimis cruciatibus victus verane dixerit, quæ facta probari non poterant, an falsis tormentorum petierit finem, re quoque recenti cum magis posset liquere, dubitatum est.

Alexander, quos mortem Parmenionis conquestos esse compererat, separandos a cetero exercitu ratus; in unam cohortem secrevit, ducemque his Leonidam dedit, & ipsum Parmenioni quondam intima familiaritate conjunctum. Fere iidem erant, quos alioqui rex

habuerat invisos. Nam cum experiri vellet militum animos; admonuit, *qui literas in Macedoniam ad ſuos ſcripsisset, iis, quos ipse mittebat, perlaturis cum fide traderet.* Simpliciter ad necessarios ſuos quisque ſcripserat, quæ ſentiebat: aliis gravis erat; plerisque non ingrata militia. Ita & agentium gratias; & querentium literæ exceptæ ſunt. Et qui forte tadium laboris per literas erant queſti, *hanc ſeorsum cohortem a ceteris tendere ignominiæ cauſa* jubet: fortitudine usurus in bello; libertatem linguæ ab auribus credulis remoturus. Et consilium temerarium forsitan (quippe fortiſsimi juvenes contumeliis irritati erant) sicut omnia alia felicitas regis excepit. Nihil illis ad bella promtius fuit. Incitabat virtutem & ignominiæ demendæ cupido; & quia fortiora facta in paucis latere non poterant.

CAP. III. His ita compositis, Alexander Arianorum Satrape conſtituto, *iter pronuntiari* jubet *in Agriaspas*, quos jam tunc mutato nomine *Evergetas* appellabant; ex quo frigore victusque penuria Cyri exercitum affectum, tectis & commeatibus juverant. Quintus dies erat, ut in eam regionem pervenerat. Cognoſcit, *Satibarzanem, qui ad Bessum defecerat, cum equitum manu irrupisse rursus in Arios.* Itaque Caranum, & Erigyum cum Artabazc & Andronico, & sex millibus Græcorum peditum, DC equites ſequebantur. Ipse LX diebus gentem Evergetarum ordinavit, magna pecunia ob egregiam in Cyrum fidem dona

roien

soient rendues sûrement. Chacun mandoit naïvement à ses amis ce quil avoit dans le cœur, les uns, qu'ils étoient las de la guerre, & la plûpart, qu'ils en étoient satisfaits. Par ce moyen, il vit toutes les lettres & de ceux qui se loüoient de lui, & des autres qui s'en plaignoient. Il fit camper ces derniers séparément par ignominie, & leur déclara qu'il ne vouloit se servir que de braves soldats : il craignoit encore que leurs discours licencieux ne vinssent à corrompre les esprits foibles & susceptibles de mauvaises impressions. Cette conduite du Roi, qui mettoit au désespoir une si brave jeunesse, n'étoit pas, peut-être, sans quelque témérité ; mais la fortune tournant toutes choses à son avantage, fit encore réussir celle-ci ; il n'y eut point de service comparable à celui que lui rendirent ces hommes dans les guerres suivantes, à cause de l'envi qu'ils avoient d'effacer cette tache, & qu'ils voyoient que dans un petit nombre, leurs belles actions ne pouvoient être cachées.

CHAP. III. Alexandre ayant ainsi réglé toute chose, donna un Satrape aux Arians, fit proclamer sa marche contre les Agriaspes, qui dès-lors étoient nommés *Evergetes*, c'est-à-dire, *Bienfaiteurs*, parce qu'ils avoient logé & secouru de vivres l'armée de Cyrus, que les incommodités du froid & de la famine avoient presque défaite. Cinq jours après qu'ils fut arrivé en cette contrée, il eut avis que Satibarzane, qui avoit repris le parti de Bessus, faisoit de nouvelles courses sur les Arians ; il envoya Caranus & Erigyus, avec Andronique & Artabaze, & six mille hommes d'infanterie Grecque & six cens chevaux. Pour lui, il poliça en soixante jours l'Etat des Evergetes, & leur

donna une groſſe ſomme d'argent en récompenſe du ſervice signalé qu'ils avoient rendu à Cyrus, leur laiſſant pour Gouverneur Amenides, qui avoit été ſécrétaire des commandements de Darius. Delà il alla ſubjuguer les Aracosiens, qui habitent ſur la côte de la mer Pontique, où il reçut l'armée que commandoit Parménion, compoſée de six mille Macédoniens, deux cens nobles, cinq mille Grecs, & six cens chevaux de la même nation. C'étoit, ſans doute, la fleur de toutes les forces du Roi, qui établit Menon Gouverneur des Aracosiens, avec quatre mille hommes de pied, & six cens chevaux pour ſes garniſons.

Il entra enſuite dans le pays d'un peuple à peine connu de ſes voisins, comme n'ayant aucune communication avec le reſte du genre humain. Ils s'appellent *Parapamiſadiens*, gens ſauvages & tenus pour barbares, même parmi les Barbares. La rudeſſe du climat contribue beaucoup à celle de leur eſprit; car cette région eſt fort ſeptentrionale, & preſque toute tournée du côté le plus froid; vers l'Occident elle touche à la Bactriane, & regarde au Midi la mer Indienne. Ils logent dans des cabanes bâties de brique juſqu'au comble; tout le plat-pays étant ſans bois, comme les montagnes. La ſtructure de leurs maiſons eſt large par le bas; mais à meſure qu'elle monte, elle va en étréciſſant, & ſe voûte peu à peu juſqu'à ce qu'enfin elle aboutit en pointe, & en forme d'un fond de navire. Ils ne laiſſent qu'une ouverture au milieu pour recevoir la lumiere, & par où ſort la fumée. S'il y a quelques ceps de vigne, ou quelques arbres qui ayent pû échapper à l'inclémence de l'air, ils le couvrent de terre durant la mauvaiſe ſaiſon, & au retour du prin-

ta. Relicto deinde, qui iis præesset, Amenide (scriba is Darii fuerat) Arachosios, quorum regio ad Ponticum mare pertinet, subegit. Ibi exercitum, qui sub Parmenione fuerat, occupavit. Sex millia Macedonum erant, & CC nobiles, & quinque millia Græcorum cum equitibus ducentis; haud dubie robur omnium virium regis. Arachosiis datus Menon prætor, IV millibus peditum, & DC equitibus in præsidium relictis.

Ipse rex nationem, ne finitimis quidem satis notam, quippe nullo commercio volentem mutuos usus, cum exercitu intravit. *Parapamisadæ* appellantur, agreste hominum genus, & inter barbaros maxime inconditum. Locorum asperitas hominum quoque ingenia duraverat. Gelidissimum Septentrionis axem ex magna parte spectant: Bactrianis ad Occidentem conjuncti sunt: Meridiana regio ad mare Indicum vergit. Tuguria latere primo struunt, & quia sterilis est terra materiæ, in nudo etiam montis dorso, usque ad summum ædificiorum fastigium eodem laterculo utuntur. Ceterum structura latior ab imo, paulatim incremento operis in arctius cogitur; ad ultimum in carinæ maxime modum coït. Ibi foramine relicto superne lumen accipiunt ad medium. Vites & arbores, si quæ in tanto terræ rigore durare potuerunt, obruunt: penitus hieme defossæ latent; cum nive discussa aperiri humus cœpit, cœlo solique red-

duntur. Ceterum adeo altæ nives premunt terram, gelu & perpetuo pene rigore constrictæ, ut ne avium quidem, feræve ullius vestigium extet. Obscura cœli verius umbra, quam lux, nocti similis premit terram; vix ut quæ prope sunt conspici possint. In hac tamen omnis humani cultus solitudine destitutus exercitus, quidquid malorum tolerari potest, pertulit; inopiam, frigus, lassitudinem, desperationem.

Multos exanimavit rigor insolitus nivis; multorum adussit pedes; plurimorum oculis præcipue perniciabilis fuit. Fatigati quippe in ipso gelu deficientia corpora sternebant; quæ cum moveri desissent, vis frigoris ita astringebat, ut rursus ad surgendum conniti non possent. A commilitonibus torpentes excitabantur. Neque aliud remedium erat, quam u ingredi cogerentur. Tum demum vitali calor moto, membris aliquis redibat vigor. Si qu tuguria barbarorum adire potuerunt, celeriter refecti sunt. Sed tanta caligo erat, ut ædificia nulla alia res quam fumus ostenderet.

Illi nunquam ante in terris suis advena v so, cum armatos repente conspicerent; exanimati metu, quidquid in tuguriis erat, aff rebant: ut corporibus ipsorum parceret orantes. Rex agmen circumibat pedes, j centes quosdam erigens, & alios, cum æg sequerentur, adminiculo corporis sui exc piens. Nunc ad prima signa; nunc in m

temps, ils les remettent au ſoleil. Mais en hiver les neiges y ſont si hautes, & les glaces si épaiſſes, qu'on n'y voit pas la moindre trace d'oiſeau, ni de bête. Une ombre obſcure y couvre la face de la terre, & ce qu'on y appelle jour, n'eſt qu'une ſombre lueur, si peu différente de la nuit, qu'à peine y voit-on ce qui eſt tout proche. Dans cette horrible ſolitude, l'armée deſtituée de ſecours, endura tous les maux qu'on peut endurer; le froid, la faim, la lassitude, le déſeſpoir.

La rigueur de la neige étoit si excessive, que plusieurs périrent par le froid, les pieds en tomberent à d'autres; & ſur-tout elle fut pernicieuſe à la vue, qu'elle éteignoit par ſa trop vive blancheur. La plûpart frappés du froid, étoient contraints de ſe coucher ſur la glace, & comme ils ceſſoient de ſe mouvoir, le froid les ſaisiſſoit aussi-tôt, & leur engourdiſſoit les membres de telle ſorte, qu'ils ne pouvoient plus ſe relever; leurs compagnons ne les laiſſoient pas dans cet engourdiſſement, & il n'y avoit autre reméde, que de les contraindre de marcher; car alors la chaleur naturelle, excitée par le mouvement, les faiſoit un peu revenir. Ceux qui purent ſe traîner juſqu'aux loges des Barbares, furent bientôt remis; mais il faiſoit si obſcur, qu'on ne connoiſſoit les maiſons que par la fumée.

Ces gens, qui n'avoient jamais vû d'étrangers dans leur pays, voyant tout-à-coup des hommes armés, étoient si ſurpris, qu'ils leur apportoient tout ce qu'ils avoient dans leurs cabanes, afin qu'on leur ſauvât la vie. Le Roi alloit à pied autour de ſes troupes, relevoit ceux qu'il trouvoit couchés, ſoûtenoit les autres qui ne pouvoient marcher; il paroiſſoit préſent par-tout; à la tête, au milieu, à la queue de l'armée, allant & venant continuellement avec des ſoins & des peines incroyables. En-

fin, on arriva à des terres cultivées, où l'abondance des vivres les dédommagea des maux qu'ils avoient soufferts, & ils attendirent ceux qui n'avoient pû suivre. Ils tirerent de-là vers le mont Caucase, qui coupe l'Asie en deux, & laisse la mer de Cilicie d'un côté, & de l'autre la mer Caspienne, le fleuve Araxe, & les déserts de la Scythie. Le mont Taurus, qui tient le second rang en hauteur, se joint au Caucase, & commmençant dans la Capadoce, traverse la Cilicie, & passe jusqu'en Arménie. C'est comme une chaîne continuelle de montagnes, d'où sortent presque tous les fleuves de l'Asie, dont les uns se déchargent dans la mer rouge, les autres dans la mer Caspienne, les derniers dans celle d'Hyrcanie, ou dans celle de Pont. L'armée passa le Caucase en dix-sept jours, & vit la roche, qui a dix stades de tour, & plus de quatre de hauteur, où fut attaché Promethée, si nous en croyons les Poëtes. Le Roi choisit une place au pied de la montagne pour y bâtir une ville, & permit d'y habiter à sept mille esclaves, & aux soldats inutiles. Ces habitants la nommerent encore Alexandrie.

CHAP. IV. Bessus effrayé de la promptitude d la marche d'Alexandre, après avoir fait un sacrifice solemnel aux Dieux du pays, invita ses ami & ses Chefs à un repas, pour déliberer des affaire de la guerre, selon la coûtume de ces peuples. Dè qu'ils furent échauffés par le vin, ils commence rent à vanter leurs forces, & à mépriser le pet nombre & la témérité des ennemis; sur-tout, Bes sus faisoit de grands exploits de la langue, & to

dium ; nunc in ultimo agmine itineris multiplicato labore aderat. Tandem ad cultiora perventum loca eſt, commeatuque largo recreatus exercitus : simul & qui consequi non potuerant, in illa caſtra venerunt. Inde agmen processit ad Caucasum montem, cujus dorsum Asiam perpetuo jugo dividit : hinc simul mare, quod Ciliciam ſubit ; illinc Caſpium fretum, & amnem Araxen, aliaque regionis Scythiæ deserta ſpectat. Taurus ſecundæ magnitudinis mons committitur Caucaso, a Cappadocia ſe attollens Ciliciam præterit, Armeniæque montibus jungitur. Sic inter ſe tot juga velut ſerie cohærentia perpetuum habent dorsum, ex quo Asiæ omnia fere flumina, alia in Rubrum, alia in Caspium mare, alia in Hyrcanum & Ponticum decidunt. XVII dierum ſpatio Caucasum ſuperavit exercitus. Rupes in eo X in circumitu ſtadia complectitur, quatuor in altitudinem excedit, in qua vinctum Promethea fuisse antiquitas tradit. Condendæ in radicibus montis urbi ſedes electa eſt. VII millibus ſeniorum Macedonum, & præterea militibus, quorum opera uti desiſſet, permissum, in novam urbem considere. Hanc quoque Alexandriam incolæ appellaverunt.

CAP. IV. At Bessus, Alexandri celeritate perterritus, Diis patriis ſacrificio rite facto, sicut illis gentibus mos eſt, cum amicis ducibusque copiarum inter epulas de bello consultabat. Graves mero ſuas vires extolle-

re : hoſtium nunc temeritatem ; nunc paucitatem ſpernere. Præcipue Bessus, ferox verbis, & parto per ſcelus regno ſuperbus, ac vix potens mentis, dicere ; *Socordia Darii crevisse hoſtium famam. Occurrisse enim in Ciliciæ anguſtissimis faucibus ; cum retrocedendo posset perducere incautos in loca naturæ situ invia, tot fluminibus objectis, tot montium latebris, inter quas deprehensus hoſtis, ne fugæ quidem, nedum resiſtendi occasionem fuerit habiturus. Sibi placere in Sogdianos recedere. Oxum amnem velut murum objecturum hoſti ; dum ex finitimis gentibus valida auxilia concurrerent. Venturos autem Chorasmios, & Dahas, Sacasque, & Indos, & ultra Tanaïn amnem colentes Scythas ; quorum neminem adeo humilem esse, ut humeri ejus non possent Macedonis militis verticem æquare.*

Conclamant temulenti, unam hanc ſententiam ſalubrem esse : & Bessus circumferri merum largius jubet, debellaturus ſuper mensam Alexandrum. Erat in eo convivio Cobares, natione Medus, ſed magicæ artis (si modo ars eſt, non vanissimi cujusque ludibrium) magis professione, quam ſcientia celeber ; alioquin moderatus & probus. Is cum præfatus esset ; *ſcire ſervo utilius parere dicto, quam afferre consilium ; cum illos, qui pareant, idem quod ceteros maneat : qui vero ſuadeant, proprium periculum ;* poculum ei, quod habebat in manu, tradidit. Quo accepto Cobares : *Natura*, inquit, *mortalium hoc quoque nomine prava & siniſtra dici poteſt ; quod in ſuo quisque*

fier d'un Royaume acquis par un parricide, il disoit : *Que rien n'avoit tant donné de réputation à Alexandre, que la mauvaise conduite de Darius, qui étoit venu au-devant de lui dans les détroits de la Cilicie, au lieu de se retirer en arriere pour l'engager insensiblement dans des chemins perdus, & parmi une quantité de rivieres & de montagnes, où il n'eût eu aucun moyen de fuir, & moins encore de combattre ; que pour lui il étoit résolu de passer en la Sogdiane, & d'opposer la riviere d'Oxe à son ennemi comme une forte barriere, pendant qu'il lui viendroit un puissant secours des Nations voisines ; qu'au premier jour il auroit dans son armée les Chorasmiens, les Dahés, les Sagues & les Indiens, avec les Scythes qui habitent sur les rives du Tanaïs, dont le plus petit passoit de toute la tête le plus grand des Macédoniens.*

Ces gens à demi-ivres, applaudissent tous à cet avis, & Bessus commande qu'on verse du vin à la ronde, faisant de sa table un champ de bataille où il défaisoit Alexandre. Il y avoit à ce festin un Méde nommé Cobares, qui se mêloit de l'art magique, si l'on peut appeller art, ce qui n'est qu'une illusion, propre à séduire des esprits foibles ; il étoit plus renommé pour en faire profession, que pour y être bien sçavant : au reste, il étoit homme de sens & de probité. Celui-ci commença son discours par ce prélude : *Qu'il n'ignoroit pas qu'il ne fût plus expédient à un serviteur de faire les commandements de son Maître, que de lui donner conseil, parce que ceux qui obéissent ne courent que la fortune publique, au lieu que ceux qui conseillent se chargent de l'événement.* Bessus lui donna la coupe qu'il avoit à la main, comme lui permettant de parler, & Cobares l'ayant prise, poursuivit ainsi : *La condition des hommes est malheureuse & déplorable en plusieurs choses, mais parti-*

culierement en ce point, qu'on n'est jamais si prévoyant en son propre fait, qu'en celui d'autrui. Ceux qui ne prennent conseil que d'eux-mêmes, ont comme une taye sur les yeux qui les empêche de voir clair. La crainte trouble les uns, la convoitise offusque les autres, & la plûpart sont aveuglés d'un certain amour naturel qu'on a pour ses sentiments, qu'on appelleroit présomption en un autre moins sage que vous. L'expérience vous a apprise, que presque tous les hommes ne trouvent rien de bon, ou pour le moins d'excellent, que ce qui vient d'eux. C'est un pesant fardeau sur la tête qu'une couronne, songez à la porter sagement; ou, ce que les Dieux ne veuillent permettre, il vous accablera. Il n'est pas question ici de fougue ni de saillie, tout dépend de la conduite. Il ajoûta ce que les Bactriens disent en proverbe : *Qu'un chien qui aboie ne mord point*, &, *que les rivieres les plus profondes sont celles qui font moins de bruit.* J'ai voulu rapporter ceci, pour faire connoître à la postérité le caractere de la prudence des Barbares.

Ce discours tenoit en suspens toute la compagnie, lorsque s'ouvrant davantage, il donna à Bessus un conseil plus utile qu'agréable. *Vous avez*, dit-il, *affaire à un ennemi qui ne s'endort pas; faites attention qu'il est déja logé à vos portes, & je suis certain qu'il aura plutôt fait avancer son armée, que vous n'aurez fait retirer cette table. Vous parlez de faire venir des troupes du Tanaïs, & de vous couvrir de rivieres, comme s'il ne vous pouvoit pas suivre par-tout où vous fuirez. Les chemins vous sont commus à tous deux; mais plus sûrs au vainqueur. Si la crainte vous donne des aîles pour vous sauver, l'espérance lui en donnera de plus fortes pour vous atteindre. Que ne gagnez-vous plutôt les bonnes graces du plus puissant; il est certain, quoiqu'il en arrive, qu'il vous sera plus avantageux de vous rendre, que d'être son ennemi? Considerez que le*

negotio hebetior est, quam in alieno. Turbida sunt consilia eorum, qui sibi suadent. Obstat metus; aliis cupiditas; nonnunquam naturalis eorum, quæ cogitaveris, amor. Nam in te superbia non cadit. Expertus es, unumquemque, quod ipse repererit, aut solum aut optimum ducere. Magnum onus sustines capite, regium insigne. Hoc aut moderate perferendum est, aut, quod abominor, in te ruet. Consilio, non impetu opus est. Adjicit deinde, quod apud Bactrianos vulgo usurpabant: *canem timidum vehementius latrare, quam mordere. Altissima quæque flumina minimo sono labi.* Quæ inservi, ut qualiscumque inter Barbaros potuit esse prudentia, traderetur.

In his audientium suspensam dederat exspectationem sui. Tum consilium aperit, utilius Besso quam gratius. *In vestibulo*, inquit, *regiæ tuæ velocissimus consistit rex. Ante ille agmen, quam tu mensam istam movebis. Nunc ab Tanaï exercitum accerses, & armis flumina oppones. Scilicet qua tu fugiturus es, hostis sequi non potest? iter utrique commune est; victori tutius. Licet strenuum metum putes esse; velocior tamen spes est. Quin validioris occupas gratiam, dedisque te, utcumque cesserit, meliorem fortu-*

nam deditus quam hostis habiturus. Alienum habes regnum, quo facilius eo careas. Incipies forsitan justus esse rex, cum ipse fecerit, qui tibi & dare potest regnum & eripere. Consilium habes fidele, quod diutius exequi supervacuum est. Nobilis equus umbra quoque virgæ regitur: ignavus ne calcari quidem concitari potest.

Bessus & ingenio & multo mero ferox, adeo exarsit, ut vix ab amicis, quo minus occideret eum, (nam strinxerat quoque acinacem) contineretur. Certe e convivio prosilivit haudquaquam potens mentis. Cobares inter tumultum elapsus, ad Alexandrum transfugit. VIII millia Bactrianorum habebat armata Bessus, quæ quamdiu propter cæli intemperiem, Indiam potius Macedonas petituros crediderant, obedienter imperata fecerunt: postquam adventare Alexandrum compertum est; in suos quisque vicos dilapsi, Bessum reliquerunt. Ille cum clientium manu, qui non mutaverant fidem, Oxo amne superato, exustisque navigiis, quibus transierat, ne iisdem hostis uteretur, novas copias in Sogdianis contrahebat.

Alexander Caucasum quidem, ut supra dictum est, transierat; sed inopia frumenti prope ad famem ventum erat. Succo ex sesama expresso, haud secus quam oleo artus perungebant. Sed hujus succi ducenis quadragenis denariis amphoræ singulæ; mellis, denariis trecenis nonagenis; trecenis vini æstimabantur; tritici nihil aut admodum exiguum repe-

Royaume que vous avez, n'est point à vous, & qu'ainsi il vous est plus aisé de vous en passer. Alors vous commencerez à être vraiment Roi, quand celui qui vous peut donner & ôter le sceptre, vous l'aura mis à la main. Ce conseil est salutaire, mais inutile, si vous ne l'exécutez promptement. Il ne faut que l'ombre d'une baguette pour exciter la vivacité d'un cheval plein de feu ; mais à peine un cheval pesant ira-t-il à coups d'éperon.

Bessus, farouche de son naturel, devenu encore plus furieux par le vin, s'emporta avec tant de fureur, que ses amis ne purent qu'avec peine l'empêcher qu'il ne le tuât : il avoit déja tiré son cimeterre, & il sortit de table dans l'excès de la plus violente colere. Cobares, échappé parmi le tumulte, vint se rendre à Alexandre. L'armée de Bessus consistoit en huit mille Bactriens, qui, tant qu'ils crurent qu'à cause de la rigueur du climat les Macédoniens passeroient aux Indes, lui obéirent ; mais dès qu'ils sçurent qu'Alexandre alloit à eux, ils l'abandonnerent, & chacun se retira chez soi. Pour lui, après avoir traversé la riviere d'Oxe avec ses amis, & brûlé ses batteaux, de peur que l'ennemi ne s'en servît, il leva des troupes dans la Sogdiane.

Alexandre n'eut pas si-tôt passé le Caucase, que son armée faillit à périr faute de vivres. Ils exprimoient du jus de sesame & s'en frottoient le corps comme d'huile ; mais la mesure de ce jus, qui tenoit environ la huitiéme partie d'un muid, valoit deux cens quarante deniers, celle de miel, trois cens quatre-vingt-dix, & celle de vin trois cens. Il n'y avoit point, ou bien peu de bled ; car les Barbares ont de profondes fosses qu'ils appellent *syrrhes*, qu'ils cachent si subtilement, qu'il n'y a

que ceux qui les ont faites qui les puiſſent trouver; & c'eſt-là où ils retirent leurs grains ; de ſorte que les ſoldats ne vivoient que d'herbes & de poiſſon de riviere. Cette derniere nourriture vint à leur manquer, & on leur commanda de tuer leurs chevaux de bagage pour vivre, juſqu'à ce qu'ils fuſſent arrivés en la Bactriane.

Le terroir de cette Province eſt d'une nature fort diverſifiée : en certains endroits, tout y eſt couvert d'arbres & de vignes, qui portent quantité de fruits & de vins délicieux ; en d'autres, la terre y eſt plus graſſe, & arroſée d'une infinité de ruiſſeaux, où ſont ces belles prairies de si longue étendue. Dans les contrées où les terres ſont plus lègères, on y ſéme du froment, & les autres ſervent de pâturages à nourrir le bétail ; mais d'un autre côté, qui contient une grande partie du pays, ce ne ſont que ſablons infertiles, que les ſéchereſſes rendent inhabitables, & où il ne croît aucun fruit. Quand les vents de la mer Pontique y ſoufflent, ils emportent tout le ſable qui eſt dans les champs, lequel étant amaſſé, paroît de loin comme de grandes collines, & l'on ne voit plus le chemin. Ceux qui traverſent ces plaines obſervent les aſtres la nuit, pour dreſſer leur route comme ſur la mer : ainsi on n'y ſçauroit voyager le jour, parce qu'il n'y a aucune trace que l'on puiſſe ſuivre, & que la clarté du ſoleil offuſque celle des étoiles, qui ſeules ſervent de guide. Au reſte, si ce vent qui ſe leve de la mer, ſurprend les paſſants, il les enſevelit dans le ſable : mais dans les lieux fertiles, il y a des hommes & des chevaux en très-grand nombre.

Bactres, capitale de la Province, eſt située au

riebatur. *Siros* vocabant barbari : quos ita ſolerter abscondunt, ut nisi qui defoderunt, invenire non possint. In iis conditæ fruges erant. In quarum penuria milites fluviatili pisce, & herbis ſuſtinebantur. Jamque hæc ipsa alimenta defecerant ; cum jumenta, quibus onera portabant, cædere jussi ſunt : horum carne, dum in Bactrianos perventum, traxere vitam.

Bactrianæ terræ multiplex & varia natura. Alibi multa arbor & vitis largos mitesque fructus alit : ſolum pingue crebri fontes rigant : quæ mitiora ſunt, frumento conseruntur. Cetera armentorum pabulo cedunt. Magnam deinde partem ejusdem terræ ſteriles arenæ tenent : ſqualida siccitate regio non hominem, non frugem alit : cum vero venti a Pontico mari ſpirant, quidquid ſabuli in campis jacet, convertunt. Quod ubi cumulatum eſt magnorum collium procul ſpecies eſt, omniaque priſtini itineris veſtigia intereunt. Itaque qui transeunt campos, navigantium modo noctu sidera observant, ad quorum curſum iter dirigunt, & propemodum clarior eſt noctis umbra, quam lux. Ergo interdiu invia eſt regio, quia nec veſtigium, quod ſequantur, inveniunt ; & nitor siderum caligine abſconditur. Ceterum si quos ille ventus, qui a mari exoritur, deprehendit, arena obruit. Sed qua mitior terra eſt, ingens hominum equorumque multitudo gignitur. (Itaque Bactriani equites XXX millia expleverant.)

Ipsa Bactra, regionis ejus caput, sita ſunt

ſub monte Paropamisso. Bactrus amnis præterit mœnia. Is urbi & regioni dedit nomen. Hic regi ſtativa habenti nuntiatur ex Græcia Peloponnensium Laconumque defectio. Nondum enim victi erant, cum proficiscerentur tumultus ejus principia nuntiaturi. Et alius præsens terror affertur; Scytas, qui ultra Tanaïn amnem colunt, adventare Besso ferentes opem. Eodem tempore, quæ in gente Ariorum Caranus & Erigyus gesserant, perferuntur. Commissum erat prælium inter Macedones Arioſque. Transfuga Satibarzanes barbaris præerat; qui cum pugnam ſegnem utrimque æquis viribus ſtare vidisset, in primos ordines adequitavit, demtaque galea, inhibitis qui tela jaciebant; si quis viritim dimicare vellet, provocavit ad pugnam, nudum ſe caput in certamine habiturum. Non tulit ferociam barbari dux exercitus Erigyus, gravis quidem ætate; ſed & animi & corporis robore nulli juvenum poſtferendus. Is galea demta canitiem oſtentans; *venit*, inquit, *dies, quo aut victoria, aut morte honeſtissima, quales amicos & milites Alexander habeat, oſtendam.* Nec plura elocutus equum in hoſtem egit.

Crederes imperatum, ut acies utræque tela cohiberent. Protinus certe recesserunt dato libero ſpatio; intenti in eventum, non duorum modo, ſed etiam ſuæ ſortis, quippe alienum discrimen ſecuturi. Prior barbarus emisit haſtam, quam Erigyus modica capitis declinatione vitavit. At ipse infeſtam ſarissam equo cal-

pied de la montagne de Paropamiſe, & le fleuve Bactrus paſſe le long des murailles, donnant ſon nom à la ville, & à tout le pays. Pendant que le Roi y ſéjournoit, il apprit la révolte du Péloponneſe & des Lacédémoniens, qui n'avoient pas encore été défaits; car la guerre ne faiſoit que de commencer, quand ceux qui lui en apporterent la nouvelle, étoient partis de la Grece. Il lui en vint une autre d'autant plus fâcheuſe, qu'elle le regardoit de plus près, qui étoit que les Scythes qui ſont au-delà du Tanaïs, venoient en diligence ſecourir Beſſus. En même-temps il eut avis de ce qui s'étoit paſſé au pays des Arians ſous la conduite de Caranus & d'Erigyus. Il s'étoit donné une bataille entre les Macédoniens & les Arians, dont le traître Satibarzanes étoit Chef, lequel voyant que de part & d'autre on combattoit aſſez lâchement, & que les forces balançoient, parut à cheval aux premiers rangs, & après avoir ôté ſon caſque, & fait ceſſer de tirer, il défia d'homme à homme quiconque l'oſeroit attendre, ajoûtant qu'il ſe battroit tête nue. Erigyus, Général des Macédoniens, ne put ſouffrir cette bravade, & quoiqu'il fût déja fort âgé, il ne cédoit à pas un des jeunes gens de l'armée en vigueur de courage, ni de corps. Ayant donc quitté auſſi ſon habillement de tête, & faiſant parade de ſes cheveux blancs: *Voici*, dit-il, *le jour que je ferai voir par une victoire, ou par une mort glorieuſe, de quels hommes ſe ſert Alexandre*, & ſans parler davantage, pouſſa droit au Barbare.

Il ſembloit que le signal avoit été donné aux deux armées pour faire ceſſer le combat; dans ce moment les uns & les autres ſe tirerent à quartier, & laiſſerent le champ libre, attentifs à l'iſſue de ce duel, qui devoit être l'arbitre du ſort, non-ſeulement des deux Chefs, mais de chaque ſoldat. Le Barbare lança le premier ſon javelot, que l'autre évita en détournant un peu la tête; mais le Macédonien pouſſant ſon cheval, lui porta ſa javeline

dans la gorge, si profondément, qu'elle lui sortoit par la nuque du col, & l'ayant porté par terre comme il se défendoit encore, Erigyus retira sa javeline, & lui en donna un autre coup au visage. Satibarzanes, pour ne point languir, la prit avec la main & aida au coup de son ennemi. Ses gens, qui l'avoient plutôt suivi par force que de bon gré, le voyant mort, & se ressouvenant de la clémence d'Alexandre, se rendirent à Erigyus. Le Roi bien-aise de ce succès, n'étoit pas d'ailleurs sans inquiétude de l'affaire des Lacédémoniens; il la supporta néanmoins avec fermeté, & dit: *Qu'ils n'avoient eu garde de se déclarer, que lorsqu'ils l'avoient cru dans le fond des Indes.* De-là il se remit à la poursuite de Bessus, & Erigyus vint se présenter sur son chemin, faisant porter devant soi les dépouilles du Barbare, comme un riche ornement de sa victoire.

CHAP. V. Après avoir donc pourvu Artabaze du Gouvernement de la Bactriane, & laissé le bagage & tout l'attirail sous bonne garde, il entra avec un camp-volant dans les déserts des Sogdiens, où l'armée ne marchoit que de nuit. Dans toute cette contrée, il y avoit une grande disette d'eau, comme j'ai dit, & le désespoir d'en pouvoir trouver faisoit qu'on mouroit de soif avant qu'on eût besoin de boire. En quatre cens stades de pays, il n'y en avoit pas une goutte, parce qu'en été l'ardeur du soleil y est si excessive, qu'elle embrase les sables, & tout est brûlé dans les champs comme si le feu y avoit passé; il s'y éleve de certaines vapeurs excitées par l'inflammation de la terre, qui en couvrent toute la face; de sorte que ces grandes campagnes paroissent comme une vaste mer. Néan-

caribus concito in medio barbari gutture ita fixit, ut per cervicem emineret. Præcipitatus ex equo barbarus adhuc tamen repugnabat. Sed ille extractam ex vulnere hastam rursus in os dirigit. Satibarzanes hastam manu complexus, quo maturius interiret, ictum hostis adjuvit. Et barbari duce amisso, quem magis necessitate quam sponte secuti erant, tunc haud immemores meritorum Alexandri, arma Erigyio tradunt. Rex his quidem lætus, de Spartanis haudquaquam securus, magno tamen animo defectionem eorum tulit; dicens, *non ante ausos consilia nudare, quam ipsum ad fines Indiæ pervenisse cognovissent.* Ipse Bessum persequens copias movit: cui Erigyus spolia barbari, ceu opimum belli decus, præferens occurrit.

CAP. V. Igitur Bactrianorum regione Artabazo tradita; sarcinas & impedimenta ibi cum præsidio reliquit. Ipse cum expedito agmine loca deserta Sogdianorum intrat, nocturno itinere exercitum ducens. Aquarum, ut ante dictum est, penuria, prius desperatione, quam desiderio bibendi sitim accendit. Per CCCC stadia, ne modicus quidem humor existit. Arenas vapor æstivi solis accendit, quæ ubi flagrare cœperunt, haud secus quam continenti incendio cuncta torrentur. Caligo deinde immodico terræ fervore excitata, lucem tegit: camporumque non alia quam vasti & profundi æquoris species est. Nocturnum iter tolerabile videbatur, quia rore & matutino fri-

gore corpora levabantur. Ceterum cum ipsa luce æstus oritur : omnemque naturalem absorbet humorem siccitas ; ora visceraque penitus uruntur. Itaque primum animi ; deinde corpora deficere cœperunt. Pigebat & consistere & progredi.

Pauci a peritis regionis admoniti præpararant aquam. Hæc paulisper repressit sitim : deinde crescente æstu rursum desiderium humoris accensum est. Ergo quidquid vini oleique erat , hominibus ingerebatur ; tantaque dulcedo bibendi fuit, ut in posterum sitis non timeretur. Graves deinde avide hausto humore non sustinere arma , non ingredi poterant ; & feliciores videbantur, quos aqua defecerat, cum ipsi sine modo infusam vomitu cogerentur egerere. Anxium regem tantis malis, circumfusi amici, ut meminisset, sui, orabant ; animi sui magnitudinem unicum remedium deficientis exercitus esse : cum ex iis, qui præcesserant ad capiendum locum castris , duo occurrunt utribus aquam gestantes , ut filiis suis, quos in eodem agmine esse, & ægre pati sitim non ignorabant, occurrerent : qui cum in regem incidissent ; alter ex iis utre resoluto, vas, quod simul ferebat implet, porrigens regi. Ille accipit : percontatus *quibus aquam portarent, filiis ferre* cognoscit. Tunc poculo pleno, sicut oblatum est, reddito ; *nec solus*, inquit, *bibere sustineo ; nec tam exiguum dividere omnibus possum. Vos currite , & liberis vestris , quod propter illos attulistis, date.*

moins, on y pouvoit voyager la nuit, à cauſe que les corps étoient ſoulagés par la roſée & la fraîcheur du matin ; mais comme la chaleur revient avec le ſoleil, elle conſume le peu d'humidité qu'il y a, & l'on n'y brûle pas ſeulement au dehors, mais juſqu'au fond des entrailles. Parmi tant de ſouffrances, le courage leur manqua premierement, & les forces enſuite ; ils ne pouvoient ni marcher, ni s'arrêter.

Quelques-uns avertis par ceux du pays, avoient fait provision d'eau, qui pour quelque-temps appaiſa leur ſoif ; mais la chaleur venant à croître, l'altération ſe ralluma de telle ſorte, qu'on fut contraint de leur apporter tout ce qu'il y avoit de vin & d'huile. Ils prirent tant de plaisir à boire, qu'ils ne ſongerent pas qu'ils pouvoient encore avoir ſoif, & pour avoir bu avec trop d'avidité, il leur prit une si grande peſanteur de tête, & des maux de cœur si violents, qu'ils n'avoient plus la force de porter leurs armes, ni de ſe ſoûtenir ; de ſorte que ceux qui n'avoient pas eu dequoi boire, avoient dequoi ſe conſoler, voyant leurs compagnons en cet état. Comme le Roi s'affligeoit fort, & qu'on le prioit de ſe reſſouvenir que la grandeur de ſon courage étoit le ſeul reméde qui pouvoit ſauver l'armée, deux de ceux qui étoient allés marquer le camp, revenoient avec des peaux pleines d'eau au-devant de leurs enfants, qui étoient dans les troupes, ne doutant pas qu'ils ne fuſſent preſſés de la ſoif. Ces gens ayant rencontré le Roi, l'un des deux ouvrit aussi-tôt une de ces peaux, & rempliſſant une coupe, la lui préſenta. Le Roi leur demanda, *à qui ils portoient cette eau ?* & ayant appris *que c'étoit à leurs enfants*, leur rendit la coupe toute pleine comme ils la lui avoient donnée, & leur dit : *Qu'il ne pouvoit ſe réſoudre à boire tout ſeul, & qu'il n'y en avoit pas aſſez pour tous ; qu'ils couruſſent donc la donner à leurs enfants, pour qui ils l'avoient apportée.*

Enfin ils ſe rendirent au fleuve d'Oxe vers le coucher du ſoleil ; mais la plus grande partie de l'armée ne l'ayant pû ſuivre, il fit allumer des feux ſur la plus haute montagne, afin que ceux qui avoient peine à marcher, ſçuſſent qu'ils n'étoient pas loin du camp. Il commanda aux autres, qui étoient arrivés les premiers, de manger promptement, & de remplir des boucs & d'autres vaiſſeaux à charger de l'eau, pour en porter à leurs compagnons. Ceux qui burent avec excès en moururent, & il perdit beaucoup plus de gens de cette ſorte, qu'il n'avoit fait en aucune bataille. Cependant, ayant toujours la cuiraſſe ſur le dos, ſans boire ni manger, il ſe tint ſur le chemin par où l'armé venoit, & n'en partit point pour prendre aucun rafraîchiſſement, qu'il n'eût vû arriver ceux qui étoient demeurés derriere, & paſſa toute la nuit dans de grandes inquiétudes : il n'eut pas un meilleur jour le lendemain, n'ayant point de batteaux, ni dequoi dreſſer un pont, à cauſe que tout étoit nud & déſert aux environs de la riviere. Il prit donc le ſeul expédient que la nécessité lui donna, de diſtribuer aux ſoldats quantité de peaux pleines de paille & d'autres matieres ſeiches & lègères, ſur leſquelles s'étant couchés, ils traverſerent le fleuve, & ceux qui étoient paſſés les premiers ſe mettoient en bataille, pendant que les autres ſuivoient. De cette façon, il paſſa toute ſon armée en six jours, & alloit continuer ſa pourſuite, quand il reçut des nouvelles de la Sogdiane, qui rompirent ſon voyage.

Spitamenes étoit le grand confident de Beſſus, qui le combloit d'honneurs & de biens ; mais la perfidie ne s'apprivoiſe point par les bienfaits, quoiqu'elle fût moins odieuſe en cette occasion, où

Tandem ad flumen Oxum ipse pervenit prima fere vespera. Sed exercitus magna pars non potuerat consequi : in edito monte ignes jubet fieri, ut ii, qui ægre ſequebantur, haud procul caſtris ſe abesse cognoscerent. Eos autem, qui primi agminis erant, mature cibo ac potione firmatos, implere alios utres, alios vasa, quibuscumque aqua possit portari, juſsit, ac ſuis opem ferre. Sed qui intemperantius hauserant, intercluso ſpiritu exſtincti ſunt: multoque major horum numerus fuit, quam ullo amiserat prælio. At ille thoracem adhuc indutus, nec aut cibo refectus aut potu ; qua veniebat exercitus, conſtitit. Nec ante ad curandum corpus recessit, quam præterierant, qui agmen ſequebantur : totamque eam noctem cum magno animi motu perpetuis vigiliis egit. Nec poſtero die lætior erat, quia nec navigia habebat ; nec pons erigi poterat circum amnem nudo ſolo, & materia maxime ſterili. Consilium igitur, quod unum necessitas ſubjecerat, init. Utres quamplurimos ſtramentis refertos dividit. His incubantes tranſnavere amnem cuique ; primi transierant, in ſtatione erant, dum trajicerent ceteri. Hoc modo ſexto demum die in ulteriore ripa totum exercitum exposuit. Jamque ad persequendum Bessum ſtatuerat progredi ; cum ea quæ in Sogdianis erant, cognoscit.

Spitamenes erat inter omnes amicos præcipuo honore cultus a Besso. Sed nullis meritis perfidia mitigari poteſt. Quæ tamen jam mi-

nus in eo invisa esse poterat, quia nihil ulli nefaſtum in Beſſum interfectorem regis ſui videbatur. Titulus facinoris ſpeciosus præferebatur, *vindicta Darii:* ſed fortunam non ſcelus oderant Beſſi. Nam ut Alexandrum flumen Oxum ſuperasse cognovit; Dataphernen & Catenen, quibus a Besso maxima fides habebatur, in ſocietatem rei adsciscit. Illi promtius adeunt, quam rogabantur; assumtisque octo fortissimis juvenibus, talem dolum intendunt. Spitamenes pergit ad Bessum, & remotis arbitris, *comperisse*, ait, *ſe, insidiari ei Dataphernen & Catenen; ut vivum Alexandro traderent agitantes, a ſemet occupatos esse, & vinctos teneri.* Bessus tanto merito, ut credebat, obligatus, partim gratias agit, partim avidus explendi ſupplicii adduci eos jubet. Illi manibus ſua ſponte religatis, a participibus consilii trahebantur; quos Bessus truci vultu intuens consurgit, manibus nōn temperaturus. At illi simulatione omissa circumsiſtunt eum, & fruſtra repugnantem vinciunt; direpto ex capite regni insigni, lacerataque veſte, quam ſpoliis occisi regis induerat. Ille *Deos ſui ſceleris ultores adesse* confessus, adjecit, *non Dario iniquos fuisse, quem sic ulciscerentur; ſed Alexandro propitios, cujus victoriam ſemper etiam hoſtis adjuvisset.*

Multitudo an vindicatura Bessum fuerit, incertum eſt; nisi illi, qui vinxerant, *jussu Alexandri fecisse ipsos* ementiti, dubios adhuc animi terruissent. In equum impositum Alexan-

il ſembloi

il sembloit que tout étoit permis contre le meurtrier de son Roi. La couleur du crime étoit spécieuse; c'étoit *la vengeance de Darius.* Mais il n'en vouloit qu'à sa fortune, & non-pas venger la mort du Prince; car il n'eut pas si-tôt sçu qu'Alexandre avoit passé la riviere d'Oxe, qu'il communiqua son dessein à Dataphernes & à Catenes, qui l'adopterent sans peine, & prenant avec eux huit jeunes hommes des plus robustes, ils dresserent ainsi la partie. Spitamenes vint trouver Bessus, & le tirant à part, lui dit, *qu'il avoit découvert que Dataphernes & Catenes conspiroient contre lui pour le livrer vif à Alexandre; mais qu'il les avoit prévenus, & les tenoit dans les fers.* Bessus infiniment obligé à Spitamenes, comme il le croyoit, lui fit de grands remerciments, & plein de vengeance & de rage, commanda en même-temps qu'on les amenât. Ils faisoient semblant d'avoir les mains liées, & se laissoient traîner par leurs complices, lorsque les envisageant d'un œil furieux, il se leva comme pour aller le déchirer; mais quittant alors toute dissimulation, ils l'environnent, & malgré sa résistance, le lient, lui arrachent la tiarre de la tête, & mettent en piéces la robe Royale, qui étoit celle de Darius, dont il s'étoit revêtu. D'abord il confessa, *que c'étoit-là un coup du ciel*, ajoûtant, *que les Dieux n'avoient pas haï Darius, puisqu'ils le vengeoient de la sorte; mais qu'aussi ils aimoient bien Alexandre, puisque ses propres ennemis avoient toujours favorisé ses victoires.*

On ne sçait si le peuple auroit secouru Bessus, si ceux qui le prirent, ayant fait croire que c'étoit par l'ordre d'Alexandre, n'avoient étonné les courages encore flottants & incertains de ce qu'ils de-

voient faire. Ils le mirent ſur un cheval, & le menerent au Roi, qui ſur ces entrefaites, choisit environ neuf cens ſoldats, qui avoient leurs années de ſervice, & leur fit diſtribuer, à chaque cavalier deux talents, & à chaque fantassin trois mille deniers, & après les avoir exhortés de donner des enfants à l'Etat, les renvoya chez eux. Il accepta l'offre des autres, qui promirent de ſervir juſqu'à la fin de la guerre, & les en remercia. Mais pendant qu'on lui amenoit Beſſus, il arriva devant une petite ville où habitoient les Branchides. C'étoit une famille de Milet, que Xerxés avoit autrefois fait paſſer en Asie, comme il revenoit de la Gréce, parce qu'ils avoient pillé, pour lui plaire, le Temple nommé Didymeon, & ils avoient choisi ce lieu pour leur habitation. Il tenoient encore beaucoup des mœurs de leur pays ; mais ils parloient déja un langage corrompu, mêlé de Grec & d'un idiome étranger. Ils reçurent le Roi avec joie, & ſe rendirent à lui eux & leur ville. Le Roi fit venir les Miléſiens qui étoient dans ſon armée, & qui portoient une haine héréditaire aux Branchides, à cauſe de leur perfidie ; il laiſſa à leur diſcrétion de ſe ſouvenir ou de l'injure qu'ils en avoient reçue, ou de leur commune origine ; mais ne pouvant s'accorder dans leurs opinions, il leur dit : *qu'il verroit lui-même ce qui ſeroit pour le mieux ;* & le lendemain, comme ils vinrent le trouver pour ſçavoir ce qu'il ordonneroit, il leur commanda *de le ſuivre*. Arrivé aux portes de la ville, il y entra avec ſa phalange & quelques troupes de cavalerie, qui eurent ordre, aussi-tôt le signal donné, de ſaccager cette habitation de traîtres, & de les faire paſſer au fil de l'épée. Ces miſérables, qui ne ſongeoient pas à ſe défen

lro dradituri ducunt. Inter hæc rex, quibus
natura erat missio, electis DCCCC fere, equiti
bina talenta dedit; pediti terna denariûm mil-
lia: monitosque, ut liberos generarent, remi-
sit domum. Ceteris gratiæ actæ, quod ad re-
liqua belli navaturos operam pollicebantur.
Tum Bessus perducitur.) Perventum erat in
parvulum oppidum, Branchidæ ejus incolæ
erant. Mileto quondam jussu Xerxis, cum e
Græcia rediret, transierant, & in ea sede
constiterant, quia templum, quod Didymeon
appellatur, in gratiam Xerxis violaverant.
Mores patrii nondum exoleverant; sed jam
bilingues erant, paulatim a domestico exter-
noque sermone degeneres. Magno igitur gau-
dio regem excipiunt, urbem seque dedentes.
Ille Milesios, qui apud ipsum militarent con-
vocari jubet. Vetus odium Milesii gerebant in
Branchidarum gentem. Proditis ergo; sive in-
juriæ, sive originis meminisse mallent; libe-
rum de Branchidis permittit arbitrium. Va-
riantibus deinde sententiis; seipsum conside-
raturum quod optimum factu esset, ostendit.
Postero die occurrentibus, Branchidas secum
procedere jubet. Cumque ad urbem ventum
esset; ipse cum expedita manu portam in-
trat. Phalanx *mœnia oppidi circumire* jussa; *&*
dato signo diripere urbem proditorum receptacu-
lum, ipsosque ad unum cædere. Illi inermes pas-
sim trucidantur; nec aut commercio linguæ,
aut supplicum velamentis precibusque inhibe-
ri crudelitas potest. Tandem ut dejicerent,

fundamenta murorum ab imo moliuntur, n quod urbis vestigium extaret. Nec mora, lu cos quoque sacros non cædunt modo, se etiam extirpant : ut vasta solitudo & steril humus, excussis etiam radicibus, linquer tur. Quæ si in ipsos proditionis auctores exc gitata essent; justa ultio esse; non crudelit videretur : nunc culpam majorum posteri lu re, qui ne viderant quidem Miletum, ad Xerxi non potuerant prodere.

Inde processit ad Tanaïn amnem. Quo pe ductus est Bessus non vinctus modo; se etiam omni velamento corporis spoliatus. Sp tamenes eum tenebat collo inserta caten tam barbaris, quam Macedonibus gratu spectaculum. Tum Spitamenes, *& te*, inqui *& Darium reges meos ultus, interfectorem a mini sui adduxi, eo modo captum, cujus ip fecit exemplum. Aperiat ad hoc spectaculum oc los Darius. Existat ab inferis, qui illo supplic indignus fuit; & hoc solatio dignus est.* Alexa der multum collaudato Spitamene convers ad Bessum, *Cujus*, inquit, *feræ rabies occup vit animum tuum, cum regem de te optime m ritum prius vincire, deinde occidere sustinuist Sed hujus parricidii mercedem falso regis nom ne persolvisti.* Ibi ille facinus purgare non a sus; *regis titulum se usurpare dixit, ut gente suam tradere ipsi possit; qui si cessasset, aliu fuisse regnum occupaturum.*

At Alexander Oxathren fratrem Dari quem inter corporis custodes habebat, pr

dre, furent égorgés par les rues & dans leurs maisons, & il n'y eut ni conformité de langage, ni cris, ni prieres, qui puſſent arrêter le cours de cette cruauté. On détruisit même juſqu'aux fondements les murs, pour n'y laiſſer aucun veſtige de ville, & l'on n'abattit pas ſeulement les bois ſacrés, mais on n arracha même les racines, afin que ce ne fût plus qu'une terre déſolée, & une malheureuſe ſolitude. Si toutes ces choſes euſſent été exercées contre les auteurs de la trahiſon, on eût pu dire que c'étoit une juſte vengeance, & non-pas une barbarie; mais les deſcendants porterent la peine de leurs ancêtres; quoique n'ayant jamais vu Milet, ils n'euſſent pu le livrer à Xerxés.

Il s'avança de-là vers le Tanaïs, où on lui amena Beſſus, non-ſeulement lié, mais tout nud. Spitamenes le tenoit attaché avec une chaîne qu'on lui avoit paſſée au col, & l'on n'eût ſçu dire à qui cet objet étoit plus agréable, ou aux Barbares, ou aux Macédoniens. En le préſentant au Roi, il lui dit: *Pour vous venger, vous & Darius, mes Rois, je vous ai amené ce traître, qui a aſſassiné ſon Seigneur, & qui a été pris de la même façon dont il a montré l'exemple. Hé! que Darius n'eſt-il en vie! que ne revient-il des enfers pour voir ce ſpectacle, lui qui ne méritoit pas une si malheureuſe fin, qui eſt si digne de cette conſolation!* Alexandre après avoir fort loué Spitamenes, ſe tournant vers Beſſus, lui dit: *Quelle rage de tygre s'eſt emparée de ton cœur, monſtre de perfidie & de cruauté, pour oser enchaîner ton Roi, ton bienfaiteur, & l'aſſaſsiner inhumainement? Il eſt vrai qu'une Couronne a été le prix de ton parricide.* Beſſus n'ayant pas aſſez d'audace pour excuſer ſon crime, dit: *Qu'il n'avoit pris le titre de Roi, que pour lui remettre ſes peuples, & que s'il ne l'eût fait, un autre ſe ſeroit ſaisi du Royaume.*

Le Roi fit approcher Oxatrés, frere de Darius, & lui remit Beſſus entre les mains, afin qu'après

qu'on lui auroit coupé le nez & les oreilles, & qu'i seroit attaché en croix, les Barbares le tuassent à coups de fléches, & gardassent si bien le corps, que les oiseaux mêmes n'en approchassent point. Oxatrés se chargea volontiers de tout le reste, & pou ce qui étoit de chasser les oiseaux, il dit *que person ne ne pouvoit mieux s'en acquiter que Catene*, voulant par-là lui faire entendre son adresse merveilleuse à tirer de l'arc; car il frappoit avec tant de justesse ce qu'il visoit, qu'il tuoit les oiseaux mêmes en volant. Quoique cet art, par le nombre des homme habiles qui s'y exercent, ne paroisse plus si admirable, cependant il passoit alors pour extraordinair aux yeux de ceux qui étoient témoins de l'adress de Catene, qui lui devoit sa réputation. Le Roi fi des présents à tous ceux qui avoient amené Bessus & différa son supplice, pour le faire mourir au même lieu où il avoit tué Darius.

CHAP. VI. Cependant, quelques Macédoniens s'étant écartés pour aller au fourrage, furen chargés par des Barbares qui descendirent des montagnes; comme il y en eut plus de pris que de tués ils chasserent leurs prisonniers devant eux, & regagnerent leurs retraites, où ils étoient vingt mill hommes qui combattoient avec des arcs & des frondes. Le Roi vint les assiéger, & étant des premier à l'attaque, il fut blessé à l'os de la jambe d'une fléche, qui laissa le fer dans la plaie. Les Macédoniens affligés, l'emporterent aussi-tôt; mais non pas si secretement, qu'ils en pussent dérober la connoissances aux Barbares, qui du sommet de la montagne voyoient tout ce qui se passoit en bas. Ils envoyerent donc le lendemain des Députés au Roi qui commanda sur le champ, *qu'on les fît entrer* & ôtant les bandages & l'appareil, leur fit voir s jambe, sans leur témoigner la grandeur de son mal après les avoir fait asseoir, ils l'assurerent, *Qu'ayan appris sa blessure, ils n'en avoient pas reçu moin*

pius jussit accedere ; tradique Bessum ei, ut cruci affixum mutilatis auribus naribusque ſagittis configerent barbari; asservarentque corpus, ut ne aves quidem contingerent Oxathres cetera sibi curæ fore pollicetur. *Aves non ab alio, quam a Catene posse prohiberi* adjicit; eximiam ejus artem cupiens oſtendere. Namque adeo certo ictu deſtinata feriebat, ut aves quoque exciperet. Nam etsi forsitan ſagittandi tam celebri usu minus admirabilis videri hæc ars possit; tamen ingens visentibus miraculum, magnoque honori Cateni fuit. Dona deinde omnibus, qui Bessum adduxerant, data ſunt. Ceterum ſupplicium ejus diſtulit, ut eo loco, in quo Darium ipse occiderat, necaretur.

CAP. VI. Interea Macedones ad petendum pabulum incomposito agmine egressi, a barbaris, qui de proximis montibus decurrerunt, opprimuntur; pluresque capti ſunt, quam occisi. Barbari autem captivos præ ſe agentes, rursus in montem recesserunt. XX millia latronum erant. Fundis ſagittisque pugnam invadunt. Quos dum obsidet rex, inter promtissimos dimicans ſagitta ictus eſt, quæ in medio crure fixa reliquerat ſpiculum. Illum quidem mœſti & attoniti Macedones in caſtra referebant: ſed nec barbaros fefellit ſubductus ex acie rex; quippe ex edito monte cuncta prospexerant. Itaque poſtero die misêre legatos ad regem, quos ille protinus jussit admitti; ſolutisque fasciis magnitudinem vulne-

ris dissimulans, crus barbaris ostendit. Illi jussi *considere* affirmant *non Macedonas, quam ipsos fuisse tristiores cognito vulnere ipsius: cujus si auctorem reperissent, dedituros fuisse. Cum Diis enim pugnare sacrilegos tantum. Ceterum se gentem in fidem dedere, superatos virtute illius.* Rex fide data, & captivis receptis, gentem in deditionem accepit.

Castris inde motis lectica militari ferebatur, quam pro se quisque eques pedesque subire certabant. Equites, cum quibus res prælia inire solitus erat, sui muneris id esse censebant. Pedites contra, cum saucios commilitones ipsi gestare assuevissent; eripi sibi proprium officium tum potissimum, cum rex gestandus esset, querebantur. Rex in tanto utriusque partis certamine, & sibi difficilem, & præteritis gravem electionem futuram ratus; *invicem subire eos* jussit. Hinc quarto die ad urbem Maracanda perventum est. LXX stadia murus urbis amplectitur. Arx nullo cingitur muro. Præsidio urbi relicto, proximos vicos depopulatur, atque urit.

Legati deinde Abiorum Scytharum superveniunt; liberi ex quo decesserat Cyrus; tum imperata facturi. Justissimos barbarorum constabat: armis abstinebant, nisi lacessiti. Libertatis modico & æquali usu, principibus humiliores pares fecerunt. Hos benigne allocutus, ad eos Scythas, qui Europam incolunt, Penidam quemdam misit ex amicis, qui denuntiaret eis, ne Tanaïn amnem regionis

de déplaisir que les Macédoniens mêmes, & que s'ils eussent pu découvrir celui qui avoit fait le coup, ils le lui auroient mis entre les mains ; qu'il n'appartenoit qu'aux impies de faire la guerre aux Dieux ; qu'au reste, ils se rendoient à lui, eux & leurs peuples vaincus par son incomparable valeur. Le Roi leur ayant donné sa foi, & retiré ses prisonniers, les reçut en son obéissance.

Après il leva le camp, & s'étant fait mettre sur un brancart, les cavaliers & les fantassins disputoient à qui le porteroit. Les gens de cheval, avec qui il avoit coûtume de combattre, prétendoient que cela leur étoit dû ; & les gens de pied, au contraire, se plaignoient de ce qu'étant en possession de porter leurs compagnons blessés, on vouloit leur ravir le droit d'exercer leur office en sa plus noble fonction, qui étoit de porter le Roi. Dans une si grande contention des deux partis, Alexandre embarrassé sur le choix, & ne pouvant d'ailleur contenter les uns, sans désobliger les autres, ordonna, *qu'ils le porteroient tour à tour.* De-là, il se rendit le quatriéme jour à la ville de Maracande, qui a soixante & dix stades d'enceinte ; mais le château n'est point fermé de murailles, étant assez fort par sa situation. Il laissa garnison dans la ville, & se mit à brûler & à ravager tout le plat pays.

Alors il lui arriva une Ambassade des Abiens Scythes, qui depuis la mort de Cyrus avoient toujours conservé leur franchise, & la venoient alors soumettre à l'empire d'Alexandre. Ils étoient estimés les plus justes de tous les Barbares. Jamais ils ne faisoient la guerre que pour se défendre, & la modération avec laquelle ils usoient de leur liberté, avoit égalé les plus petits aux plus grands. Le Roi les ayant fort bien reçus, envoya un des principaux de sa Cour, nommé Pénidas, vers les Scythes de l'Europe, leur dénoncer qu'ils ne passassent

point le Tanaïs ſans ſa permission, & le chargea aussi de reconnoître le païs, & même ces autres Scythes qui habitent au-deſſus du Boſphore. Il avoit choisi un lieu propre à bâtir une ville ſur le Tanaïs, pour tenir en bride tant ceux qu'il avoit déja domtés, que les autres qu'il vouloit encore attaquer. Néanmoins ſon deſſein fut retardé par la révolte des Sogdiens, qui fut aussi-tôt ſuivie de celle de la Bactriane. Ils étoient ſept mille chevaux, ſous leſquels tous les autres ſe rendoient. Alexandre fit venir Spitamenès & Catenes qui lui avoient livré Beſſus, croyant qu'ils pourroient remettre ces peuples dans l'obéïſſance; mais bien-loin de le faire, ils étoient eux-mêmes les auteurs de la rébellion, & faiſoient courir le bruit, que le Roi n'avoit mandé la cavalerie Bactriane que pour la tailler en piéces; qu'ils en avoient eu le commandement, qu'ils n'avoient garde d'exécuter, pour ne pas commettre contre leur Nation un crime si exécrable; & qu'ils n'avoient pas eu moins d'horreur de la cruauté d'Alexandre, que du parricide de Beſſus. Cette crainte inſpirée à des gens déja portés à l'eſprit de faction, les fit bientôt réſoudre à la guerre.

Le Roi, après avoir appris leur trahiſon, commanda à Cratere d'assiéger Cyropolis, & il alla prendre une autre ville dans la même contrée, où le signal ayant été donné, on tua tous ceux qui étoient en âge de porter les armes; le reſte fut le butin du vainqueur. Il fit raſer la ville, afin que l'exemple de celle-ci tînt les autres en devoir. Les Memacéniens, peuple puiſſant, ſe réſolurent au siége, comme au parti le plus honorable & le plus sûr; & le Roi qui cherchoit à les ramener par la douceur, leur envoya cinquante cavaliers pour leur

injussu regis transirent. Eidem mandatum, ut contemplaretur locorum situm; & illos quoque Scythas, qui ſuper Bosphoro incolunt, viseret. Condendæ urbis ſedem ſuper ripam Tanaïs elegerat; clauſtrum & jam perdomitorum, & quos deinde adire decreverat. Sed consilium diſtulit Sogdianorum nuntiata defectio, quæ Bactrianos quoque traxit. VII millia equitum erant, quorum auctoritatem ceteri ſequebantur. Alexander Spitamenen & Catenen, a quibus ei traditus erat Bessus, haud dubius, quin eorum opera redigi poſſent in poteſtatem, coercendo eos, qui novaverant res, jussit accersiri. At illi defectionis, ad quam coercendam evocabantur, auctores, vulgaverant famam; Bactrianos equites a rege omnes, ut occiderentur accersiri: idque imperatum ipsis, non ſuſtinuisse tamen exequi; ne inexpiabile in populares facinus admitterent. Non magis Alexandri ſævitiam, quam Bessi parricidium ferre potuisse. Itaque ſua ſponte jam motos, metu pœnæ haud difficulter concitaverunt ad arma.

Alexander transfugarum defectione comperta, Craterum obsidere Cyropolim jubet: ipse aliam urbem regionis ejusdem corona capit; signoque, ut puberes interficerentur, dato, reliqui in prædam cessere victoris: urbs diruta eſt, ut ceteri cladis exemplo continerentur. Memaceni, valida gens, obsidionem, non ut honeſtiorem modo, ſed etiam ut tutiorem ferre decreverant. Ad quorum pertina-

ciam mitigandam rex L equites præmisit ; qui *clementiam ipsius in deditos, simulque inexorabilem animum in devictos* ostenderent. Illi, *nec de fide, nec de potentia regis ipsos dubitare* respondent ; equitesque *tendere extra munimenta urbis* jubent. Hospitaliter deinde exceptos, gravesque epulis & somno intempesta nocte adorti interfecerunt. Alexander haud secus, quam par erat, motus, urbem corona circumdedit ; munitiorem, quam ut primo impetu capi posset. Itaque Meleagrum & Perdiccan in obsidionem jungit, Cyropolim, ut ante dictum est, obsidentes.

Statuerat autem parcere urbi conditæ a Cyro : quippe non alium gentium illarum magis admiratus est, quam hunc regem, & Semiramin, in quibus & magnitudinem animi, & claritatem rerum longe emicuisse credebat. Ceterum pertinacia oppidanorum ejus iram accendit. Itaque captam urbem diripere jussit delectos Macedones, haud injuria infestos ; & ad Meleagrum & Perdiccan redit. Sed non alia urbs fortius obsidionem tulit : quippe & militum promtissimi cecidere ; & ipse rex ad ultimum periculum venit. Namque cervix ejus saxo ita icta est, ut oculis caligine offusa collaberetur, ne mentis quidem compos. Exercitus certe velut erepto eo ingemuit. Sed invictus adversus ea, quæ ceteros terrent, nondum percurato vulnere, acrius obsidioni institit, naturalem celeritatem ira concitante. Cuniculo ergo subfossa mœnia ingens nudavere

repréſenter ſa clémence envers ceux qui ſe rendoient, & combien aussi il étoit inexorable aux rebelles. Ils répondirent, *Qu'ils ne doutoient point de la bonté, ni du pouvoir d'Alexandre ; mais que néanmoins ils euſſent à ſe retirer, & à dreſſer leurs tentes hors de leurs remparts.* Depuis, les ayant reçus & logés, après les avoir bien traités, ils les égorgerent la nuit, au moment où ils étoient entre les bras du ſommeil. Le Roi outré de cet affront, va de ce pas inveſtir la ville, qui étoit trop bien munie pour l'emporter d'aſſaut ; de ſorte qu'il laiſſa Méléagre & Perdiccas à ce siége, & avec le reſte des troupes vint rejoindre Cratere, qui, comme il a été dit, assiégeoit Cyropolis.

Il avoit réſolu de pardonner à cette ville en faveur de Cyrus qui l'avoit bâtie. Entre ceux qui ont regné ſur ces peuples, il n'y en avoit point qu'il admirât davantage que ce Roi & Sémiramis, comme les ayant ſurpaſſés en grandeur de courage & en actions héroïques. L'opiniâtreté des habitants enflamma tellement ſa colere, qu'après avoir pris la ville, il l'abanndonna au pillage, & la raſa ; animé enſuite d'une juſte indignation contre les Mumacéniens, il revint à Méléagre & à Perdiccas. Jamais place ne ſe défendit mieux ; Alexandre y perdit ſes meilleurs ſoldats, & lui-même fut en grand danger de ſa perſonne, car il reçut un coup de pierre à la tête, dont il tomba évanouï, n'ayant plus de connoiſſance. L'armée le pleura comme mort ; mais lui qui ne ſe rendoit point à tout ce qui abat le reſte des hommes, preſſa plus vivement le siége, ſans attendre que ſa bleſſure fût guérie, la colere ſervant encore d'aiguillon à ſon ardeur naturelle. Ayant fait ſapper les murailles, il fit une grande bréche, par laquelle il entra dans la ville, qui fut livrée au pillage, & ruinée de fond en comble. Il envoya enſuite Menedéme avec trois mille hom-

mes de pied & huit cens chevaux à Maracande, d'où Spitamenes avoit chassé la garnison Macédonienne, & s'y étoit enfermé, quoique les habitants n'approuvassent point sa révolte; mais ils feignoient d'y consentir, parce qu'ils ne pouvoient l'empêcher.

Le Roi, cependant, revint camper sur le Tanaïs, où il ferma de murs tout l'espace que son armée avoit occupé, & y bâtit une ville de soixante stades de tour, qu'il nomma encore Alexandrie. Cet ouvrage fut fait avec tant de diligence, que dix-sept jours après qu'on l'eut commencé, il fut achevé: il y avoit une grande émulation entre les soldats, à qui auroit le premier fourni sa tâche; chacun avoit la sienne. Pour peupler sa nouvelle ville, il racheta tous les prisonniers, dont la postérité fleurit encore parmi ces peuples, après tant de siécles, à cause de la mémoire d'Alexandre.

CHAP. VII. Le Roi des Scythes, qui regnoit alors au-delà du Tanaïs, voyant que cette ville bâtie sur ce fleuve, étoit un joug qu'on lui imposoit, envoya son frere, nommé Cartasis, avec grand nombre de cavalerie pour la démolir, & en chasser les troupes des Macédoniens. Le Tanaïs sépare les Bactriens des Scythes de l'Europe, comme il fait l'Europe de l'Asie; quant aux Scythes voisins de la Thrace, ils sont tournés de l'Orient vers le Septentrion, & ne confinent pas aux Sarmates, comme quelques-uns ont cru; mais en font une partie. Après, tirant tout droit, ils vont se joindre aux Alaunes de-là le Danube, & bordent

ſpatium, per quod irrupit, victorque urbem dirui jussit. Hinc Menedemum cum III millibus peditum & DCCC equitibus ad urbem Maracanda misit. Spitamenes transfuga præsidio Macedonum inde dejecto, muris urbis ejus incluserat ſe: haud oppidanis consilium defectionis approbantibus. Sequi tamen videbantur, quia prohibere non poterant.

Interim Alexander ad Tanaïn amnem redit, & quantum ſoli occupaverant caſtris, muro circumdedit. LX ſtadiorum urbis murus fuit, hanc quoque urbem *Alexandriam* appellari jussit. Opus tanta celeritate perfectum eſt, ut decimo ſeptimo die, qua munimenta excitata erant, tecta quoque urbis abſolverentur. Ingens militum certamen inter ipsos fuerat, ut ſuum quisque munus (nam divisum erat) primus oſtenderet. Incolæ novæ urbi dati captivi, quos reddito pretio dominis liberavit, quorum poſteri nunc quoque nondum apud eos tam longa ætate propter memoriam Alexandri exoleverunt.

CAP. VII. Rex Scytharum, cujus tum ultra Tanaïn imperium erat, ratus eam urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, ſuis impositam esse cervicibus; fratrem Cartasim nomine cum magna equitum manu misit ad diruendam eam, proculque amne ſubmovendas Macedonum copias. Bactrianos Tanaïs ab Scythis, quos Europæos vocant, dividit. Idem Asiam & Europam finis interfluit. Ceterum Scytharum gens haud

procul Thracia sita ab Oriente ad Septentrionem se vertit; Sarmatarumque, ut quidam credidere, non finitima, sed pars est. Recta deinde regionem aliam ultra Istrum jacentem colit: ultima Asiæ, quæ Bactra sunt, stringit. Quæ Septentrioni proxima sunt, profundæ inde silvæ, vastæque solitudines excipiunt. Rursusquæ ad Tanaïn & Bactra spectant, humano cultu haud disparia sunt. Primus cum hac gente non provisum bellum Alexander gesturus, cum in conspectu ejus obequitaret hostis, adhuc æger ex vulnere, præcipue voce deficiens, quam & modicus cibus & cervicis extenuabat dolor, amicos in consilium advocari jubet.

Terrebat eum non hostis, sed iniquitas temporis. Bactriani defecerant: Scythæ etiam lacessebant: ipse non insistere in terra; non equo vehi, non docere, non hortari suos poterat. Ancipiti periculo implicitus, Deos quoque incusans, querebatur, *se jacere segnem, cujus velocitatem nemo antea valuisset effugere. Vix suos credere non simulari valetudinem.* Itaque qui post Darium victum ariolos & vates consulere desierat; rursus ad superstitionem, humanarum mentium ludibria, revolutus; Aristandrum, cui credulitatem suam addixerat, explorare eventum rerum sacrificiis jubet. Mos erat aruspicibus exta sine rege spectare; & quæ portenderentur, referre. Inter hæc Rex, dum fibris pecudum explorantur eventus latentium rerum, propius ipsum considere amicos ju-

les extrémités de l'Asie du côté des Bactriens, qui de tous les Asiatiques ſont les plus Septentrionaux. Plus avant ce ne ſont que forêts, & que ſolitudes ; cependant les terres qui regardent le Tanaïs & la Bactriane, ſont cultivées comme les pays les plus peuplés. Alexandre n'avoit point eu de deſſein d'attaquer les Scythes ; mais comme il vit qu'ils faiſoient des courſes à ſa vue avec beaucoup d'inſolence, il ne le put ſouffrir plus longtemps, quoiqu'il fût encore fort malade de ſa bleſſure, & qu'il eût la voix très-foible à cauſe du peu de nourriture qu'il prenoit, & des douleurs qu'il enduroit à la tête.

L'ennemi n'étoit pas ce qui lui faiſoit plus de peine ; mais plusieurs circonſtances fâcheuſes qui ſe réuniſſoient pour arrêter ſes ſuccès. Les Sogdiens & les Bactriens révoltés, les Scythes qui venoient le harceler, l'état où il ſe trouvoit, ne pouvant ni ſe tenir ſur ſes pieds, ni monter à cheval, ni parler à ſes troupes, ni donner aucun ordre. Au milieu de ces embarras étrangers & domeſtiques, il ſe plaignoit, *que celui dont perſonne n'avoit ſçu éviter la diligence auparavant, fût arrêté dans un lit, & qu'on crût qu'il faiſoit le malade, comme s'il eût redouté ce peuple belliqueux.* Quoiqu'il eût ceſſé de conſulter les Devins depuis la défaite de Darius, il ſe replongea tout de nouveau dans ces ſuperſtitions, & commanda à Ariſtandre, qu'il tenoit pour un oracle, d'interroger les Dieux par les ſacrifices ſur le ſuccès de ſes affaires. C'étoit la coûtume des Devins d'examiner les entrailles des animaux hors de la préſence du Roi, & de faire après, le rapport de ce qu'elles préſageoient. Durant qu'on obſervoit les victimes, il fit entrer dans ſa tente Epheſtion,

Cratere & Erigyus, avec ses Gardes-du-corps, & après les avoir fait asseoir tout auprès de lui, de peur qu'en haussant la voix, sa plaie encore tendre ne se r'ouvrît, il leur tint ce discours:

» Voici une conjoncture qui ne pouvoit être plus » mauvaise pour moi, ni plus propre pour mes en- » nemis; mais la nécessité est au-dessus de toute » chose, principalement à la guerre, où l'on ne » dispose pas des occasions comme on veut. Les » Bactriens ont secoué le joug que nous étions prêts » de leur remettre, & cependant, sans rien hazar- » der, ils vont apprendre aux dépens d'autrui ce » que nous sçavons faire. Si nous quittons les Scy- » thes, qui nous attaquent de gaieté de cœur, pour » tourner contre les rebelles, les uns & les autres » nous mépriseront; mais si nous passons le Ta- » naïs, & que par la défaite des Scythes nous pa- » roissions par-tout invincibles, l'Europe entiere » nous est ouverte. Ceux-là se trompent qui bor- » nent l'étendue de notre gloire au fleuve que nous » allons passer; étant au-delà, nous portons nos » armes dans l'Europe. De quelle importance n'est- » il pas pour nous, pendant que nous subjuguons » l'Asie, d'élever nos trophées comme en un au- » tre monde, & de joindre en un moment, par une » seule victoire, ce que la nature a séparée par une » si longue distance? Mais pour peu que nous tar- » dions, nous aurons les Scythes en queue. N'y » a-t-il que nous qui puissions traverser les rivie- » res? Nos propres inventions, avec lesquelles » nous avons vaincus jusqu'ici, se vont tourner » contre nous, & la guerre apprend l'art de la » guerre, même aux vaincus. Il n'y a pas long- » temps que nous avons montré l'exemple de passer » les rivieres avec des peaux, je veux que les Scy- » thes ne le sçachent pas faire, les Bactriens le leur » apprendront. D'ailleurs, il ne leur est arrivé en- » core qu'une armée, ils en attendent d'autres; de » sorte qu'en pensant éviter la guerre, nous nous

bet, ne contentione vocis cicatricem infirmam adhuc rumperet. Ephæstion, Craterus, & Erigyus erant cum custodibus in tabernaculum admissi.

» Discrimen, *inquit*, me occupabit melio» re hostium, quam meo tempore. Sed ne» cessitas ante rationem est : maxime in bel» lo, quo raro permittitur tempora eligere. » Defecere Bactriani, in quorum cervicibus » stamus ; & quantum in nobis animi sit, alie» no Marte experiuntur. Haud dubie si omise» rimus Scythas ultro arma inferentes ; con» temti ad illos, qui defecerunt, revertemur. » Si vero Tanaïn transierimus, & ubique in» victos esse nos Scytharum pernicie ac san» guine ostenderimus ; quis dubitabit patere » etiam Europam victoribus ? Fallitur, qui » terminos gloriæ nostræ metitur spatio, quod » transituri sumus. Unus amnis interfluit, » quem si trajicimus, in Europam arma pro» ferimus. Et quanti æstimandum est ; dum » Asiam subigimus, in alio quodammodo or» be tropæa statuere : & quæ tam longo inter» vallo natura videtur diremisse, una victoria » subito committere ? At hercule si paululum » cessaverimus ; in tergis nostris Scythæ hæ» rebunt. An soli sumus, qui flumina transna» re possumus ? Multa in nosmetipsos reci» dent, quibus adhuc vicimus. Fortuna belli » artem victos quoque docet. Utribus amnem » trajiciendi exemplum fecimus nuper. Hoc » ut Scythæ imitari nesciant, Bactriani doce-

» bunt. Præterea unus gentis hujus adhuc » exercitus venit, ceteri exspectantur. Ita bel- » lum vitando alemus; & quod inferre posse- » mus accipere cogemur. Manifesta est consi- » lii mei ratio. Sed an permissuri sint Macedo- » nes animo uti meo, dubito; quia ex quo » hoc vulnus accepi, non equo vectus sum, » non pedibus ingressus. Sed si me sequi vul- » tis, valeo, amici. Satis virium est ad tole- » randa ista. Aut si jam adest vitæ meæ finis, » in quo tandem opere melius extinguar?

Hæc quassa adhuc voce subdeficiens, vix proximis exaudientibus dixerat; cum omnes a tam præcipiti consilio regem deterrere cœperunt. Erigyus maxime, qui haud sane auctoritate proficiens apud obstinatum animum; superstitionem, cujus potens non erat rex incutere tentavit; dicendo *Deos quoque obstare consilio; magnumque periculum, si flumen transisset, ostendi.* Intranti Erigyo tabernaculum regis Aristander occurrerat, *tristia exta fuisse* significans: hæc ex vate comperta Erigyus nuntiabat. Quo inhibito, Alexander, non ira solum, sed etiam pudore confusus, quod superstitio, quam celaverat, detegebatur; Aristandrum vocari jubet. Qui ut venit, intuens eum; *non rex*, inquit, *sed privatus sum. Sacrificium ut faceres, mandavi. Quid eo portenderetur, cur apud alium, quam apud me professus es? Erigyus arcana mea & secreta te prodente cognovit. Quem certum mehercule habeo extorum interprete uti metu suo. Tibi autem quam potest,*

» l'attirerons ; & au lieu que nous la pouvons faire, » nous l'aurons ſur les bras. Ce que je dis eſt ſans » réplique. Je doute ſeulement que les Macédo- » niens me permettent de me gouverner à ma mo- » de, parce que depuis ma bleſſure, je n'ai pû en- » core aller ni à pied ni à cheval ; mais si vous vou- » lez me ſuivre, me voilà guéri. Je me ſens aſſez » fort pour ſupporter la fatigue ; ou si je dois mou- » rir, je ne ſçaurois le faire en une plus belle occa- » sion.

Après avoir prononcé ces mots d'une voix caſſée, & si débile, que ceux qui étoient près de lui avoient eu peine à l'entendre, ils tâcherent tous de le détourner de ce deſſein, ſur-tout Erigyus, qui ne pouvant rien gagner ſur lui par ſon crédit, le prit du côté de la ſuperſtition, qui étoit ſon foible, en lui diſant, *que les Dieux mêmes déſaprouvoient ſon entrepriſe, & le menaçoient d'un grand péril s'il paſſoit la riviere.* Erigyus, comme il entroit chez le Roi, avoit rencontré Ariſtandre, qui lui avoit dit, *que les signes des victimes ne promettoient rien de bon*, & il rapportoit ce qu'il avoit appris du Devin. Aussi-tôt Alexandre lui ferma la bouche, rougiſſant de colere & de honte, de ce qu'on découvroit ſa foibleſſe, qu'il avoit cachée. Il fit venir Ariſtandre, & lui dit : *Poſez le cas que je ne ſois point Roi, mais ſeulement un particulier ; je vous ai prié de faire un ſacrifice, pourquoi avez-vous découvert à un autre qu'à moi ce qu'il préſageoit ? vous avez révélé à Erigyus la choſe du monde que je tenois la plus ſecrette. Je doute pourtant qu'il m'ait rapporté ce que vous lui avez dit, & je croirois plutôt que ſa peur ſeroit l'interpréte des victimes. Je vous ordonne, autant que j'ai de pouvoir ſur vous, que vous me déclariez préſentement ce que vous avez reconnu par les entrailles des bêtes, afin que vous ne puissiez pas nier ce que vous m'avez dit.* Ariſtandre

demeura tout confus, & la peur lui fit perdre la parole, qui enfin étant revenue par une autre crainte qu'il eut de faire trop attendre sa réponse, dit au Roi: *Il est vrai que j'ai prédit, que vous vous engagiez à une entreprise périlleuse & pénible, mais non-pas infructueuse; & je proteste que ce n'est pas tant mon art que mon affection qui me met en peine. Je regarde que votre santé n'est point affermie, & je sçai combien de vies tiennent à la vôtre. En un mot, je crains que vous n'ayez plus de courage que de force.* Le Roi le renvoyant encore sacrifier, lui dit: *Qu'il eût confiance en sa bonne fortune; que les Dieux, en faveur de sa gloire, changeoient les destinées.*

Comme il déliberoit avec les mêmes personnes de quelle façon il passeroit le Tanaïs, Aristandre revint, & l'assura, *qu'il n'avoit jamais vu des victimes plus favorables; qu'elles étoient bien différentes des premieres, qui certainement lui avoient donné sujet de craindre; mais qu'en celles-ci il n'y avoit rien à souhaiter.* Les nouvelles qu'eut le Roi aussi-tôt après, mirent comme une tâche à ses continuelles prospérités. Nous avons dit qu'il avoit envoyé Menedeme pour assiéger Spitamenes, auteur de la révolte des Bactriens, lequel ayant avis de son arrivée, ne voulut pas s'enfermer entre les murailles; mais prit le dessein de lui dresser une embuscade sur son passage. Il y avoit un pays couvert propre à cela, où il fit cacher les Dahés, qui montent deux sur un cheval, tous armés, & dans la mêlée se jettent à terre tour à tour avec une disposition merveilleuse, & rompent les plus forts escadrons; car l'agilité des hommes égale celle des chevaux.

Spitamenes qui leur avoit commandé de faire alte dans l'enceinte du bois, se présenta tout à coup aux ennemis en tête, en queue, & en flanc. Menedeme se voyant enveloppé de toutes parts, & en

denuntio, ipse mihi indices, quid ex extis cognoveris; ne possis infitiari dixisse, quæ dixeris. Ille exsanguis attonitoque similis ſtabat, per metum etiam voce ſuppressa; tandemque eodem metu ſtimulante, ne regis exspectationem moraretur; *magni*, inquit, *laboris, non irriti discrimen inſtare prædixi. Nec mea ars, quam benevolentia me perturbat. Infirmitatem valetudinis tuæ video, & quantum in uno te sit ſcio. Vereor ne non præsenti fortunæ tuæ ſufficere possis.* Rex jussum *confidere felicitati ſuæ* remisit. *Sibi enim ad alia gloriam concedere Deos.*

Consultanti deinde cum iisdem, *quonam modo flumen transirent?* ſupervenit Ariſtander, *non alias lætiora exta vidisse ſe affirmans: utique prioribus longe diversa. Tum ſollicitudinis causas apparuisse; nunc prorsus egregie litatum esse.* Ceterum quæ ſubinde nuntiata ſunt regi, continuæ felicitati rerum ejus imposuerant labem Menedemum, ut ſupra dictum eſt, miſerat ad obsidendum Spitamenen, Bactrianæ defectionis auctorem. Qui comperto hoſtis adventu, ne muris urbis includeretur; simul fretus excipi posse; qua venturum ſciebat, conſedit occultus. Silveſtre iter aptum insidiis tegendis erat: ibi Dahas condidit. Equi binos armatos vehunt, quorum invicem singuli repente desiliunt: equeſtris pugnæ ordinem turbant. Equorum velocitati par eſt hominum pernicitas.

Hos Spitamenes ſaltum circumire jussos pariter & a lateribus, & a fronte, & a tergo hoſ-

ti oſtendit. Menedemus undique inclusus, ne numero quidem par, diu tamen reſtitit; clamitans *nihil aliud ſuperesse locorum fraude deceptis, quam honeſtæ mortis ſolatium ex hoſtium cæde.* Ipsum prævalens equus vehebat, quo ſæpius in cuneos barbarorum effusis habenis evectus, magna ſtrage eos fuderat. Sed cum unum omnes peterent, multis vulneribus exsanguis Hypsiden quemdam ex amicis hortatus eſt, ut in equum ſuum ascenderet, & ſe fuga eriperet. Hæc agentem anima defecit, corpuſque ex equo defluxit in terram. Hypsides poterat quidem effugere; ſed amisso amico mori ſtatuit. Una erat cura, ne inultus occideret. Itaque ſubditis calcaribus equo in medios hoſtes ſe immisit, & memorabili edita pugna obrutus telis eſt. Quod ubi videre, qui cædi ſupererant; tumulum paulo quam cetera editiorem capiunt. Quos Spitamenes fame in deditionem ſubacturus obsedit. Cecidere eo prælio peditum II millia, CCC equites. Quam cladem Alexander ſolerti consilio texit, morte denuntiata iis, qui ex prælio venerant, si acta vulgassent.

CAP. VIII. Ceterum cum animo disparem vultum diutius ferre non posset; in tabernaculum ſuper ripam fluminis de induſtria locatum ſecessit. Ibi sine arbitris singula animi consulta pensando, noctem vigiliis extraxit, ſæpe pellibus tabernaculi allevatis, ut conspiceret hoſtium ignes, e quibus conjectare poterat, quanta hominum multitudo eſ-

plu

plus petit nombre, résista néanmoins long-temps, & crioit; *que puisqu'ils avoient donné dans le piége, il ne leur restoit d'autre consolation, que de vendre cherement leur vie.* Il montoit un puissant cheval, qu'il poussa plusieurs fois à toute bride à travers les ennemis; il en fit un grand carnage, mais comme ils tiroient tous sur lui, & qu'il perdoit tout son sang, il pria un de ses amis, nommé Hypsides, de monter sur son cheval, & de se sauver; & en parlant, il tomba mort à terre. Hypsides eût pû se retirer aisément; mais ayant perdu son ami, il aima mieux mourir, & ne songea plus qu'à le venger; & donnant alors avec fureur dans la foule des Barbares, il fut accablé de traits après s'être signalé dans ce combat. Ceux qui étoient restés de la défaite, gagnerent alors une petite éminence, où étant aussi-tôt investis, la faim les contraignit de se rendre. Alexandre perdit en cette rencontre deux mille hommes de pied, & trois cens chevaux; mais il en étouffa le bruit par sa prudence, & défendit, sur peine de la vie, à ceux qui revenoient, d'en parler.

CHAP. VIII. Enfin se lassant de dissimuler sa perte, il se retira dans sa tente, qu'il avoit fait dresser exprès sur le bord de la riviere, où il s'entretint seul de ce qu'il avoit à faire, & passa toute la nuit sans dormir. A toute heure il levoit les peaux de son pavillon pour voir les feux de l'ennemi, & reconnoître par ce moyen le nombre de ses troupes, & au point du jour il prit sa cuirasse & vint se montrer à ses soldats, qui ne l'avoient point vu encore depuis sa derniere blessure. Ils avoient leur

Roi en si grande vénération, que sa présence dissipa d'abord toutes leurs craintes; ils versoient des larmes de joie, & venoient tous lui faire hommage & le presser de leur faire voir l'ennemi, contre qui ils avoient refusé d'aller auparavant. Il leur dit, *qu'il feroit passer sur des radeaux sa cavalerie & sa phalange, & ceux qui étoient armés à la légère, sur des peaux.* La chose ne demandoit pas un plus long discours, & le Roi ne l'eût sçu faire à cause de son indisposition. Les soldats travaillerent aux radeaux avec tant d'ardeur, qu'en trois jours il y en eut douze mille de faits; & comme tout étoit prêt pour passer, il arriva des Ambassadeurs des Scythes au nombre de vingt, selon la coûtume de cette nation, qui traverserent le camp à cheval, & demanderent à parler au Roi.

Le Roi les ayant fait entrer dans sa tente, les pria de s'asseoir. Ils furent long-temps à le considerer attentivement sans dire mot: je crois que ces peuples jugeant des hommes à la taille & à la majesté du corps, lui trouvoient une médiocre apparence, pour une si grande renommée. Il s'en faut bien que les Scythes ayent l'esprit si grossier que le reste des Barbares; on tient même que quelques-uns d'entr'eux font profession de la philosophie, autant, toutefois, que des gens qui sont toujours armés en sont capables. L'histoire a conservé jusqu'ici la harangue qu'il firent à Alexandre; peut-être sera-t-elle trouvée étrange, & peu conforme à notre façon de traiter aujourdhui, que nous vivons dans un siécle plus poli, & où les esprits sont plus délicats. Mais si leur éloquence est méprisée, notre

et. Jamque lux apparebat, cum thoracem indutus procedit ad milites, tum primum post vulnus proxime acceptum. Tanta erat apud eos veneratio regis, ut facile periculi, quod horrebant, cogitationem præsentia ejus excuteret. Læti ergo, & manantibus præ gaudio lacrymis, consalutant eum; & quod ante recusaverant bellum, feroces deposcunt. Ille *se ratibus equitem phalangemque transportaturum se* pronuntiat; *super utres* jubet *nare levius armatos*. Plura nec dici res desideravit; nec ex dicere per valetudinem potuit. Ceterum nta alacritate militum rates junctæ sunt, ut triduum ad XII millia effectæ sint. Jamque l transeundum omnia aptaverant; cum lega Scytharum XX more gentis per castra equis cti, nuntiari jubent regi, velle ipsos ad m mandata perferre.

Admissi in tabernaculum, jussique consire, in vultu regis defixerant oculos; credo ia magnitudine corporis animum æstimantis modicus, haudquaquam famæ par videtur. Scythis autem non ut ceteris barbarudis & inconditus sensus est: quidam eon sapientiam capere dicuntur, quantammque gens capit semper armata. Sicque loos esse apud regem memoriæ proditum est. horrent forsitan moribus nostris & tempo & ingenia cultiora sortitis; sed ut possit tio eorum sperni, tamen fides nostra non et, quæ utcumque tradita sunt, incor-

rupta perferemus. Igitur unum ex his maxi mum natu ita locutum accepimus.

» Si Dii habitum corporis tui aviditati an» mi parem esse voluissent; orbis te non ca» peret: altera manu Orientem; altera Occi» dentem contingeres. Et hoc assecutus sci» velles, ubi tanti numinis fulgor condereti» Sic quoque concupiscis, quæ non capis. A» Europa petis Asiam; ex Asia transis in E» ropam: deinde si humanum genus omne f» peraveris, cum silvis, & nivibus, & flun» nibus, ferisque beſtiis geſturus es bellu» Quid tu, ignoras arbores magnas diu cr» cere; una hora extirpari? Stultus eſt, c» fructus earum ſpectat, altitudinem non m» titur. Vide, ne dum ad cacumem perven» contendis, cum ipsis ramis, quos comp» henderis, decidas. Leo quoque aliquan» minimarum avium pabulum fuit: & ferru» rubigo consumit. Nihil tam firmum eſt, » periculum non sit etiam ab invalido. Q» nobis tecum eſt? nunquam terram tuam » tigimus. Qui sis, unde venias, licetne ign» rare in vaſtis silvis viventibus?

» Nec ſervire ulli possumus; nec imper» desideramus. Dona nobis data ſunt, ne S» tharum gentem ignores, jugum boum, a» trum, & ſagitta, & patera. His utimu» cum amicis, & adversus inimicos. Fru» amicis damus boum labore quæsitas: pat» cum his vinum Diis libamus: inimicos ſa

idélité ne doit pas l'être de rapporter les choses omme nous les avons reçues, sans y rien altérer. Nous avons donc appris que le plus ancien de la roupe parla de cette sorte.

» Si les Dieux t'avoient donné un corps proportionné à ton ambition, tout l'Univers seroit trop petit pour toi; d'une main tu toucherois l'Orient, & de l'autre l'Occident, & non content de cela, tu voudrois suivre le Soleil, & sçavoir où il se cache. Tel que tu es, tu ne laisses pas d'aspirer où tu ne sçaurois atteindre. De l'Europe tu passes dans l'Asie, & de l'Asie tu repasses dans l'Europe, & quand tu auras subjugué tout le genre-humain, tu attaqueras les rivieres, les forêts, & les bêtes sauvages. Mais souviens-toi que les grands arbres sont long-temps à croître, & qu'il ne faut qu'une heure pour les arracher: c'est une folie d'en penser cueillir les fruits, & de n'en pas considerer la hauteur; prends garde qu'en voulant monter jusqu'à la cime, tu ne tombes avec les branches où tu te seras pris. Le lion sert quelquefois de pâture aux plus petits oiseaux, & le fer est consumé par la rouille; enfin, il n'est rien de si fort à quoi les choses les plus foibles ne puissent nuire. Et qu'avons-nous à démêler avec toi? Jamais nous n'avons mis le pied dans ton pays; n'est-il pas permis à ceux qui vivent dans les bois d'ignorer qui tu es, & d'où tu viens?

» Nous ne voulons ni obéir, ni commander à personne; & afin que tu sçaches quels gens ce sont que les Scythes, nous avons reçu du ciel comme un riche présent, un joug de bœuf, une fléche, un javelot & une coupe: c'est dequoi nous nous servons & avec nos amis, & contre nos ennemis. A nos amis nous leur donnons du bled provenu du travail de nos bœufs: avec eux nous offrons du vin aux Dieux dans la coupe, & pour nos en-

» nemis, nous les combattons de loin avec la fl
» che, & de près avec le javelot. C'eſt avec qu
» nous avons premierement vaincu le Roi de S
» rie, celui des Perſes & des Médes, & nous no
» ſommes ouverts le chemin juſques dans l'Egyp
» Mais toi qui te vantes de venir pour extermi
» les voleurs, tu es toi-même le plus grand vol
» de la terre ; tu as pillé & ſaccagé toutes les N
» tions que tu as vaincues ; tu as pris la Lydie,
» vahi la Syrie, la Perſe, la Bactriane ; tu as pé
» tré juſqu'aux Indes, & tu viens encore ici p
» nous ravir nos troupeaux. Tes mains ont b
» être pleines, elles cherchent toujours nouve
» proie. As-tu beſoin de tant de richeſſes, qui
» font qu'accroître ta ſoif ? Tu es le premier qu
» trouvé la nécessité dans l'abondance, comm
» tout ce que tu as ne ſervoit qu'à te faire désirer
» ardemment ce que tu n'as pas. Ne ſonges-tu p
» combien il y a que les Bactriens t'arrêtent ? P
» dant que tu domtes ceux-ci, les Sogdiens ſe
» voltent, & la victoire n'eſt pour toi qu'une
» mence de nouvelle guerre : je veux que tu
» le plus puiſſant & le plus grand Prince du m
» de, mais on n'eſt pas bien-aiſe d'avoir un étr
» ger pour Maître.

» Paſſes ſeulement le Tanaïs, & tu verras l'ét
» due de nos plaines. Tu as beau ſuivre les S
» thes, je te défie de les atteindre : notre pau
» té ſera toujours plus agile que ton armée cha
» des dépouilles de tant de Nations ; & quan
» nous penſeras bien loin, tu nous verras te pour
» vre ; car c'eſt avec la même vîteſſe que nous p
» ſuivons & que nous fuyons nos ennemis. J'app
» que les Grecs font paſſer en proverbe & en r
» lerie les ſolitudes des Scythes. Oui, nous aim
» mieux nos déſerts que vos grandes villes, &
» fertiles campagnes. Crois-moi, la fortune eſt
» ſante, tiens-là bien de crainte qu'elle ne t'éch
» pe, encore auras-tu de la peine à la retenir, si le

» ta eminus ; haſta cominus petimus. Sic Sy-
» riæ regem, & poſtera Persarum, Medorum-
» que ſuperavimus ; patuitque nobis iter usque
» in Ægyptum. At tu, qui te gloriaris ad la-
» trones persequendos venire, omnium gen-
» tium, quas adiſti, latro es. Lydiam cepiſti :
» Syriam occupaſti : Persidem tenes : Bactria-
» nos habes in poteſtate : Indos petiſti : jam
» etiam ad pecora noſtra avaras & inſtabiles
» manus porrigis. Quid tibi divitiis opus eſt,
» quæ te esurire cogunt ? Primus omnium ſa-
» tietate paraſti famem ; ut quo plura haberes,
» acrius quæ non habes, cuperes. Non ſuc-
» currit tibi, quamdiu circum Bactra hæreas ?
» dum illos ſubigis, Sogdiani bellare cœpe-
» runt. Bellum tibi ex victoria nascitur. Nam
» ut major fortiorque sis quam quisquam ; ta-
» men alienigenam dominum pati nemo vult.

» Transi modo Tanaïn : ſcies quam late pa-
» teant ; nunquam tamen consequeris Scy-
» thas. Paupertas noſtra velocior erit, quam
» exercitus tuus, qui prædam tot nationum
» vehit. Rursus cum procul abesse nos cre-
» des, videbis in tuis caſtris ; eadem velocita-
» te & ſequimur, & fugimus. Scitharum ſoli-
» tudines Græcis etiam proverbiis audio eludi.
At nos deserta & humano cultu vacua, ma-
gis quam urbes & opulentos agros ſequi-
mur. Proinde fortunam tuam pressis mani-
bus tene. Lubrica eſt, nec invita teneri po-

» teſt. Salubre consilium ſequens quam præ-
» ſens tempus oſtendit melius. Impone felici-
» tati tuæ frenos, facilius illam reges. Noſtri
» sine pedibus dicunt esse fortunam, quæ ma-
» nus & pennas tantum habet; cum manus
» porrigit, pennas quoque comprehendere
» non sinit. Denique si Deus es, tribuere
» mortalibus beneficia debes; non ſua eripe-
» re: sin autem homo es; id quod es, ſemper
» esse te, cogita. Stultum eſt eorum memi-
» nisse, propter quæ tui oblivisceris. Quibus
» bellum non intuleris, bonis amicis poteris
» uti. Nam & firmissima eſt inter pares ami-
» citia; & videntur pares, qui non fecerunt
» inter ſe periculum virium.

» Quos viceris, amicos tibi esse cave cre-
» das. Inter dominum & ſervum nulla amici-
» tia eſt, etiam in pace, belli tamen jura ſer-
» vantur. Jurando gratiam Scythas ſancire ne
» credideris. Colendo fidem, jurant. Græco-
» rum iſta cautio eſt, qui acta consignant, &
» Deos invocant. Nos religionem in ipsa fide
» novimus. Qui non reverentur homines, fal-
» lunt Deos. Nec tibi amico opus eſt, de cu-
» jus benevolentia dubites. Ceterum nos &
» Asiæ & Europæ cuſtodes habebis: Bactra
» nisi dividat Tanaïs, contingimus: ultra Ta-
» naïn usque ad Thraciam colimus; Thra-
» ciæ Macedoniam conjunctam esse fama eſt.
» Utrique imperio tuo finitimos, hoſtes an
» amicos velis esse, considera «. Hæc barba-
rus.

» a'envi de te quitter : au moins, donne-lui un frein, » de peur qu'elle ne t'emporte. Nos gens disent que » la Fortune n'a point de pieds, mais qu'elle a des » mains & des aîles, & que lorsqu'elle tend les » mains, elle étend les aîles pour s'envoler. Enfin, » si tu es un Dieu, tu dois faire du bien aux mor- » tels, & non-pas leur ravir ce qu'ils ont ; mais si » tu es homme, songe sans cesse à ce que tu es : » car c'est folie de ne penser qu'aux choses qui nous » font oublier nous-mêmes. Ceux que tu laisseras » en paix te seront bons amis, parce que les plus » fermes amitiés sont entre personnes égales ; & » ceux-là sont estimés égaux, qui n'ont point » éprouvé leurs forces l'un contre l'autre.

» Mais ne t'imagine pas que ceux que tu auras » vaincus te puissent aimer : il n'y a jamais d'ami- » tié entre le maître & l'esclave ; on a beau faire la » paix, le vainqueur garde toujours ses avantages. » Au reste, ne t'attends pas que les Scythes jurent » pour faire alliance, le serment des Scythes est de » garder la foi, & non-pas de la jurer : il convient » aux Grecs d'y apporter ces précautions & ces so- » lemnités, de signer leurs contrats, & d'appeller » les Dieux à témoins de leurs promesses ; mais pour » nous, la bonne foi fait toute notre religion. Qui » ne tient pas parole aux hommes, ne fait pas cons- » cience d'en manquer aux Dieux, & tu n'as pas » besoin d'amis dont l'affection te soit suspecte. » Considere que nous tenons les clefs de l'Asie & » de l'Europe, & que nous serons, si tu veux, » comme des sentinelles pour te garder l'un & l'au- » tre Empire. La largeur seule du Tanaïs nous em- » pêche de toucher à la Bactriane. Au-delà de ce » fleuve, nous nous étendons jusqu'à la Thrace, » & la Thrace, à ce que l'on dit, confine à la Ma- » cédoine ; ainsi nous sommes tes voisins des deux » côtés. Regarde lequel tu aimes le mieux, de nous » avoir pour amis, ou pour ennemis «. Tel fut le discours du Barbare.

CHAP. IX. Le Roi lui répondit en deux mots : *Qu'il uſeroit de ſa fortune & de leur conſeil ; de ſa fortune, en continuant d'y avoir confiance ; & de leur conſeil, en n'entreprenant rien témérairement.* Et les ayant renvoyés, il mit ſon armée ſur les radeaux, qui étoient tout prêts : il plaça ſur le devant ceux qui portoient des boucliers, & les fit mettre à genoux, pour être moins expoſés aux coups de fléches, & derriere eux étoient debouts ceux qui dreſſoient les machines, couverts devant & à côté de ſoldats armés de toutes piéces. Les autres qui étoient derriere les machines, avoient leurs boucliers joints ſur leur tête, & défendoient ainsi les matelots armés de corſelets : le même ordre étoit gardé aux autres radeaux qui portoient les gens de cheval, dont la plûpart tenoient leurs chevaux par les rênes, nageans à la poupe ; ceux qui paſſoient ſur des peaux pleines de paille, étoient couverts par les radeaux qui étoient devant eux.

Le Roi, avec une troupe choisie, partit ſur le sien le premier pour aller gagner l'autre rive, où les Scythes lui oppoſerent leur cavalerie diſpoſée en si bon ordre, qu'on n'y pouvoit aborder. Mais outre l'aſpect d'une grande armée rangée en bataille, qui bordoit tout le rivage, les Macédoniens s'étonnerent quand ils furent au milieu de la riviere ; car le fil de l'eau donnoit à travers les radeaux avec tant d'impétuosité, que ceux qui les conduiſoient n'en étoient plus les maîtres, & les ſoldats chancellant deſſus, & ſe prenant à tout pour ne pas tomber, empêchoient les matelots, & ne pouvoient pas même, ainsi ébranlés, lancer leurs dards, parce qu'ils ſongeoient plutôt à ſe tenir fermes, qu'à attaquer l'ennemi. Tout leur ſalut fut aux machines, d'où l'on tira une telle quantité de traits & de pierres, que la foule de ceux qui s'étoient trop avancés, en fut bientôt éclaircie. Les Barbares, de leur côté, firent tomber tant de fléches ſur les ra-

CAP. IX. Contra rex *fortuna sua & consiliis suorum se usurum esse* respondet. *Nam & fortunam, cui confidat, & consilium suadentium, ne quid temere, & audacter faciat, secuturum.* Dimissisque legatis, in præparatas rates exercitum imposuit. In proris clypeatos locaverat; jussos in genua subsidere, quo tutiores essent adversus ictus sagittarum. Post hos qui tormenta intenderent, stabant; & ab utroque latere, & a fronte circumdati armatis. Reliqui qui post tormenta constiterant, remigem lorica indutum scutorum testudine armati protegebant. Idem ordo in illis quoque ratibus, quæ equitem vehebant, servatus est. Major pars a puppe nantes equos loris trahebat. At illos, quos utres stramento repleti vehebant, objectæ rates tuebantur.

Ipse rex cum delectis primus ratem solvit, & in ripam dirigi jussit. Cui Scythæ admotos ordines equitum in primo ripæ margine opponunt; ut ne applicari quidem terræ rates possent. Ceterum præter hanc speciem ripis præsidentis exercitus, ingens navigantes terror invaserat: namque cursum gubernatores, cum obliquo flumine impellerentur, regere non poterant; vacillantesque milites, & ne excuterentur solliciti, nautarum ministeria turbaverant. Ne tela quidem conati nixu vibrare poterant; cum prior standi sine periculo, quam hostem incessendi cura esset. Tormenta saluti fuerunt. Quibus in confertos ac temere se offerentes haud frustra excussa sunt

tela. Barbari quoque ingentem vim ſagittarum infudere ratibus. Vixque ullum fuit ſcutum, quod non pluribus simul ſpiculis perforaretur. Jamque terræ rates applicabantur, cum acies clypeata consurgit, & haſtas certo ictu, utpote libero nixu, mittit e ratibus. Et ut territos recipientesque equos videre; alacres mutua adhortatione in terram desiliere. Turbatis acriter pedem inferre cœperunt. Equitum deinde turmæ, quæ frenatos habebant equos, perfregere barbarorum aciem. Interim ceteri agmine dimicantium tecti aptavere ſe pugnæ.

Ipse rex, quod vigoris, ægro adhuc corpore, deerat, animi firmitate ſupplebat. Vox adhortantis non poterat audiri, nondum bene obducta cicatrice cervicis; ſed dimicantem cuncti videbant. Itaque ipsi quidem ducum fungebantur officio; aliusque alium adhortati, in hoſtem ſalutis immemores ruere cœperunt. Tum vero non ora, non arma, non clamorem hoſtium barbari tolerare potuerunt: omnesque effusis habenis (namque equeſtris acies erat) capessunt fugam. Quos rex, quanquam vexationem invalidi corporis pati non poterat, per LXXX tamen ſtadia insequi perſeveravit. Jamque linquente animo ſuis præcepit, *ut donec lucis aliquid ſuperesset, fugientium tergis inhærerent:* ipse exhauſtis etiam animi viribus, in caſtra ſe recepit, reliquum ſubſtitit.

Transierant jam Liberi patris terminos;

deaux, qu'il n'y eut presque pas un bouclier qui ne fût percé en divers endroits. Mais dès que les Macédoniens commencerent à gagner le bord, ceux qui portoient des boucliers se leverent tous ensemble, & lançant leurs javelots de pied ferme, comme ils étoient alors plus libres, ils ne tiroient aucun coup qui ne portât. Quand ils virent les ennemis branler & tourner leurs chevaux, ils sauterent à terre avec joie, s'encourageant les uns les autres, & les attaquerent vivement. Les gens de cheval qui avoient leurs chevaux tout bridés, donnerent ensuite, & les rompirent, pendant que les autres, couverts de ceux qui étoient aux mains, se préparoient au combat.

Le Roi suppléoit à la foiblesse de ses forces par la vigueur de son courage : on ne pouvoit pas bien entendre sa voix, qui animoit les soldats, parce que sa plaie n'étoit pas encore fermée ; mais tous le voyoient combattre ; de sorte qu'ils faisoient eux-mêmes l'office des Chefs, & s'excitant entr'eux, se jettoient au milieu des ennemis. Alors les Barbares ne purent plus soutenir l'effort des Macédoniens, non-pas même leurs cris, ni leur présence, & ayant mis la bride sur le col de leurs chevaux, car c'étoit toute leur cavalerie, ils s'enfuirent à toute bride. Quoique le Roi ne fût pas en état de fatiguer beaucoup, il ne laissa pas de les poursuivre l'espace de quatre-vingts stades, jusqu'à ce qu'ayant épuisé ses forces, & même son courage, il commanda à ses gens *de les poursuivre tant que le jour dureroit*, & se retira dans son camp pour se reposer & attendre ses troupes.

Ils avoient déja passé les bornes de Bacchus, qui

étoient marquées par de grosses pierres rangées les unes près des autres, & par de grands arbres dont les troncs étoient couverts de lierre; mais l'ardeur de la poursuite les emporta plus avant; ils ne revinrent au camp que sur le minuit, après avoir tué grand nombre des ennemis, & fait encore plus de prisonniers, avec un butin de dix-huit cens chevaux qu'ils chassoient devant eux. De leur côté il y demeura soixante cavaliers, & près de cent fantassins, & il y en eut mille de blessés. La renommée de cette victoire, arrivée si à propos, affermit l'Asie qui branloit de toutes parts; car on avoit toujours cru que les Scythes étoient invincibles, & après leur défaite on avoua qu'il n'y avoit point de Nation qui ne dût céder aux Macédoniens; de sorte que les Sagues envoyerent une Ambassade à Alexandre pour lui offrir leur obéissance.

Ce qui les y engagea, ne fut pas tant sa valeur, comme la clémence dont il usa envers les Scythes; car il leur envoya tous leurs prisonniers sans rançon, pour faire voir que ce n'étoit qu'une émulation de gloire, & non-pas une animosité qui l'avoit mis aux mains avec le plus vaillant peuple du monde. Il reçut donc fort humainement les Ambassadeurs des Sagues, & leur donna Excipine pour les accompagner; celui-ci ayant gagné les bonnes graces du Roi, comme Epheftion, ne lui cédoit en rien pour la beauté; mais il n'avoit ni son esprit, ni ses graces extérieures. Pour lui, il commanda à Cratere *de le suivre à petites journées avec la plus grande partie de ses troupes*, & vint à la ville de Maracande, d'où Spitamenes averti de son arrivée, avoit fui dans la Bactriane, & après avoir traversé en quatre jours une longue étendue de pays, il arriva au lieu où Menedeme avoit perdu deux mille fantassins & trois cens cavaliers, qu'il fit inhumer. Cratere, qui avoit eu ordre de le suivre, l'avoit déja rejoint, & afin que tous eussent part au châtiment, comme ils avoient

quorum monumenta lapides erant crebris intervallis dispositi, arboresque proceræ, quarum ſtipites hedera contexerat. Sed Macedonas ira longius provexit: quippe media fere nocte in caſtra redierunt, multis interfectis, pluribus captis, equosque MDCCC abegere. Ceciderunt autem Macedonum equites LX, pedites C fere, mille ſaucii fuerunt. Hæc expeditio deficientem magna ex parte Asiam fama tam opportunæ victoriæ domuit. Invictos Scythas esse crediderant; quibus fractis nullam gentem Macedonum armis parem fore confitebantur. Itaque Sacæ misêre legatos, qui pollicerentur gentem mandata facturam.

Moverat eos regis non virtus magis, quam clementia in devictos Scythas: quippe captivos omnes sine pretio remiserat; ut fidem faceret sibi cum ferocissimis gentium de fortitudine, non de ira fuisse certamen. Benigne igitur exceptis Sacarum legatis, comitem Excipinum dedit, admodum juvenem ætatis flore conciliatum sibi; qui cum ſpecie corporis æquaret Epheſtionem, lepore haud ſane illi par erat. Ipse, *Cratero cum majore parte exercitus modicis itineribus ſequi* jusso, ad Maracanda urbem pervenit; ex qua Spitamenes cognito ejus adventu Bactra perſugerat. Itaque quatriduo rex longum itineris ſpatium emensus, pervenerat in eum locum, in quo Menedemo duce, II millia peditum, & CCC equites amiserat. Horum ossa tumulo contegi jussit, & inferias more patrio dedit. Jam Craterus cum

phalange ſubsequi jussus, ad regem pervenerat. Itaque ut omnes, qui defecerant, pariter belli clade premerentur, copias dividit; urique agros, & interfici puberes jussit.

Cap. X. Sogdiana regio majori ex parte deserta eſt: octingenta fere ſtadia in latitudinem vaſtæ ſolitudines tenent. Ingens ſpatium rectæ regionis eſt, per quam amnis, Polytimetum vocant incolæ, fertur torrens. Eum ripæ in tenuem alveum cogunt; deinde caverna accipit, & ſub terram rapit. Cursus abſconditi indicium eſt aquæ meantis ſonus; cum ipsum ſolum, ſub quo tantus amnis fluit, ne modico quidem resudet humore. Ex captivis Sogdianorum ad regem xxx nobilissimi, corporum robore eximio, perducti erant; qui ut per interpretem cognoverunt jussu regis ipsos ad ſupplicium trahi, carmen lætantium more canere, tripudiisque & lasciviori corporis motu gaudium quoddam animi oſtentare cœperunt.

Admiratus rex tanta magnitudine animi oppetere mortem, *revocari eos* jussit, *causam tam effusæ lætitiæ, cum ſupplicium ante oculos haberent*, requirens. Illi, *si ab alio occiderentur, triſtes morituros fuisse*, respondent; *nunc a tanto rege, victore omnium gentium majoribus ſuis redditos, honeſtam mortem, quam fortes viri voto quoque expeterent, carminibus ſui moris lætitiaque celebrare*. Tum rex, *quæro, itaque*, inquit, *an vivere velitis non inimici mihi cujus beneficio victuri eſtis?* Illi, *nunquam ſe inimicos*

eu part à la révolte, il sépara ses troupes avec commandement de saccager la Province, & de tuer tous ceux qui seroient en âge de porter les armes.

CHAP. X. La Sogdiane est presque toute déserte, & a bien près de huit cents stades de largeur, qui ne sont que vastes solitudes; mais elle s'étend en longueur dans un grand pays arrosé d'un fleuve, que les habitants appellent Polytimete. Parce que son canal est étroit, il est rapide comme un torrent; il se perd bientôt dans une caverne, & il n'y a que le bruit de ses eaux qui découvre son cours; car la terre sous laquelle il passe, quoiqu'il soit bien grand, n'en est point plus molle, ni plus humide. Entre les prisonniers Sogdiens on amena au Roi trente jeunes hommes des plus grands Seigneurs du pays, tous bien faits & de bonne mine; ayant sçu qu'on les menoit au supplice par le commandement d'Alexandre, ils se mirent à chanter des chants d'allégresse, à sauter & à danser, témoignant une joie excessive.

Le Roi étonné de les voir aller si gaiement à la mort, les fit ramener, & leur demanda, d'où leur venoit ce transport de joie, voyant la mort devant leurs yeux. Ils répondirent, *que si tout autre que lui les faisoit mourir, ils en seroient affligés; mais qu'étant rendus à leurs ancêtres par l'ordonnance d'un si grand Roi, vainqueur de toutes les Nations, ils recevoient avec joie une mort si glorieuse, que les plus vaillants hommes désireroient.* Admirant cette grandeur de courage, il leur demanda, *s'ils vouloient bien qu'il leur donna la vie, à condition qu'ils ne seroient plus ses ennemis?* Ils l'assurerent,

qu'ils n'avoient jamais été ſes ennemis ; mais que lorſqu'il les avoit attaqués, ils s'étoient défendus ; que si l'on fût venu à eux par la voix de la douceur, aussi-bien que de la violence, ils auroient eſſayé de ne ſe pas laiſſer vaincre en générosité. Et leur demandant encore, *quel gage ils donneroient de leur foi ; Point d'autre*, dirent-ils, *que cette même vie qu'ils recevoient de ſa bonté, étant toujours prêts de la rendre quand il la redemanderoit ;* & ils lui tinrent paroles : car ceux qui furent renvoyés en leurs maiſons, continrent les peuples dans l'obéiſſance, & quatre qu'il mit dans ſes Gardes-du-corps, lui furent aussi fidéles & aussi affectionnés que pas un des Macédoniens. Il laiſſa Peucolaüs en la Sogdiane avec trois mille hommes de pied, car il n'avoit pas beſoin de plus grandes forces, & s'en vint à Bactres, d'où il fit conduire Beſſus à Egbatane, pour y ſouffrir le dernier ſupplice.

Preſqu'en même-temps, Ptolemée & Ménidas lui amenerent trois mille hommes de pied, & mille chevaux à ſa ſolde. Un nommé Alexandre vint aussi de Lycie avec trois mille fantassins, & cinq cens cavāliers. Il en arriva autant de Syrie ſous la conduite d'Aſclepiodore, & Antipater avoit envoyé huit mille Grecs, entre leſquels il y avoit cinq cens chevaux. Avec un renfort si considérable, il marcha pour rétablir les déſordres des Provinces révoltées, & après avoir fait mourir les auteurs de la rébellion, il ſe rendit en quatre jours ſur le fleuve d'Oxe. L'eau en eſt toujours trouble & mauvaiſe à boire, à cauſe qu'elle traine quantité de limon ; de ſorte que les ſoldats ſe mirent à creuſer des puits, & l'on avoit déja foüi bien avant dans la terre ſans pouvoir trouver de l'eau, quand on découvrit une fontaine dans la tente du Roi ; mais parce qu'on ne s'en apperçut pas d'abord, on fit courir le bruit qu'elle étoit ſortie tout à coup, & le Roi même ne fut pas fâché qu'on crût qu'elle étoit un préſent des Dieux. Il paſſa les rivieres d'Oche & d'Oxe, & vint

ti; sed bello lacessitos, hostes fuisse, respondent. *Si quis ipsos beneficio, quam injuria experiri maluisset; certaturos fuisse, ne vincerentur officio.* Interrogantique, *quo pignore fidem obligaturi essent? Vitam, quam acciperent, pignori futuram esse*, dixerunt; *reddituros quandoque repetisset.* Nec promissum fefellerunt. Nam qui remissi domos ierant, in fide continuere populares: quatuor inter custodes corporis retenti, nulli Macedonum in regem caritate cesserunt. In Sogdianis Peucolao cum tribus millibus peditum, (neque enim majori præsidio indigebat) relicto; Bactra pervenit. Inde Bessum Ecbatana duci jussit, interfecto Dario pœnas capite persoluturum.

Iisdem fere diebus Ptolemæus & Menidas peditum tria millia, & equites mille adduxerunt mercede militaturos. Alexander quoque ex Lycia cum pari numero peditum, & D equitibus venit, totidem e Syria Asclepiodorum sequebantur: Antipater Græcorum VIII millia, in quibus D equites erant, miserat. Itaque exercitu aucto, ad ea, quæ defectione turbata erant, componenda processit; interfectisque consternationis auctoribus, quarto die ad flumen Oxum perventum est. Hic quia limum vehit, turbidus semper & insalubris est potu. Itaque puteos miles cœperat fodere. Nec tamen humo alte egesta existebat humor; cum in ipso tabernaculo regis conspectus est fons, quem quia tarde notaverant, subito extitisse finxerunt. Rexque ipse credi

voluit donum Dei id fuisse. Superatis deinde amnibus Ocho & Oxo, ad urbem Marginiam pervenit. Circa eam VI oppidis condendis electa ſedes eſt. Duo ad Meridiem versa; quatuor ſpectantia Orientem; modicis inter ſe ſpatiis diſtabant; ne procul repetendum esset mutuum auxilium. Hæc omnia sita ſunt in editis collibus: tum velut freni domitarum gentium; nunc originis ſuæ oblita ſerviunt, quibus imperaverunt. Et cetera quidem pacaverat rex.

CAP. XI. Una erat petra, quam Arimazes Sogdianus cum XXX millibus armatorum obtinebat; alimentis ante congeſtis, quæ tantæ multitudini vel per biennium ſuppeterent. Petra in altitudinem XXX eminet ſtadia, circumitu C & L complectitur undique abſcissa & abrupta, ſemita perangusta aditur. In medio altitudinis ſpatio habet ſpecum, cujus os arctum & obscurum eſt, paulatim deinde ulteriora panduntur: ultima etiam altos recessus habent. Fontes per totum fere ſpecum manant; e quibus collatæ aquæ per prona montis flumen emittunt. Rex loci difficultate ſpectata ſtatuerat inde abire: cupido deinde incessit animo naturam quoque fatigandi. Prius tamen quam fortunam obsidionis experiretur, Cophan (Artabazi hic filius erat) misit ad barbaros, qui ſuaderet, ut dederent rupem. Arimazes loco fretus, ſuperbe multa reſpondit. Ad ultimum *an Alexander volare possit?* interrogat. Quæ nuntiata regi sic accendere

à la ville de Margiane, aux environs de laquelle il choisit une assiette propre pour bâtir six villes, deux tournées vers le midi, & quatre vers l'Orient, assez proches les unes des autres, afin qu'elles pussent plus aisément s'entre-secourir. Elles sont toutes élevées sur des hautes collines, & tenoient alors en bride les peuples nouvellement conquis; mais aujourdhui, ayant oublié leur origine, elles obéissent à ceux à qui elles ont commandé.

CHAP. XI. Tout étoit calme, il ne restoit plus qu'un grand rocher que tenoit Arimazes Sogdien, avec trente mille hommes de guerre, & des munitions pour deux ans. Ce lieu avoit trente stades de hauteur, & cent-cinquante de tour, & étoit escarpé de tous côtés, n'ayant qu'un sentier taillé dans le roc, par où l'on pouvoit monter. Au milieu de sa pente il y avoit une caverne dont l'entrée étoit fort étroite & obscure; mais elle venoit à s'élargir peu à peu à mesure qu'elle s'enfonçoit plus avant, & au fond c'étoit encore de grandes grottes, & presque par-tout il y avoit des sources qui faisoient rouler un fleuve à travers les rochers. Le Roi ayant reconnu la place, étoit en délibération de la laisser; il se mit ensuite dans l'esprit de vaincre même la nature, qui sembloit l'avoir fortifiée contre toute la puissance des hommes. Néanmoins, avant que de s'engager à ce siége, il envoya Cophes, fils d'Arthabaze, aux Barbares, pour leur persuader de se rendre. Arimazes se confiant en sa forteresse, répondit plusieurs choses arrogantes, & pour conclusion, demanda, *si Alexandre qui pouvoit tout, pouvoit aussi voler?* Ce qui étant rapporté au

Roi, le mit en une telle colere, qu'à l'heure même il assembla ses Chefs pour leur dire *l'insolence du Barbare, qui se moquoit d'eux de ce qu'ils n'avoient point d'aîles, mais qu'il lui feroit bientôt voir que les Macédoniens, quand ils veulent, se transforment en oiseaux.* Pour cet effet, il leur commanda de lui amener trois cens jeunes hommes des plus dispos & des plus adroits qu'ils pourroient choisir chacun dans ses troupes, & s'il se pouvoit, que ce fussent de ces montagnards, qui avoient autrefois mené des troupeaux par les lieux les plus dificiles.

Aussi-tôt ils lui amenerent une élite de jeunes gens agiles & courageux, auxquels le Roi dit, après les avoir tous regardés l'un après l'autre. *Ce fut avec vous, valeureuse jeunesse, mes compagnons, que j'ai forcé les places qu'on avoit cru imprenables, que j'ai franchi les montagnes toujours couvertes de neiges, traversé les rivieres, percé les détroits de la Cilicie, & enduré le froid insupportable des Indes. Vous me connoissez, & je vous connois. Ce roc que vous voyez, n'a qu'une avenue, que les Barbares gardent sans songer au reste ; il n'y a ni guet ni sentinelle que du côté qui regarde notre camp. Si vous cherchez bien, vous trouverez quelque sentier qui vous menera au haut du rocher. La Nature n'a rien fait de si inaccessible où la valeur ne puisse atteindre, & ce n'est que pour avoir entrepris ce dont les autres ont désesperé, que nous sommes maîtres de l'Asie. Efforcez-vous de gagner le sommet, & quand vous y serez, faites-moi un signal avec un linge blanc, & je ne manquerai pas, avec mes troupes, de vous ôter l'ennemi de dessus les bras, & de l'attirer à moi. Celui qui montera le premier aura dix talens de récompense, le second en aura un de moins, & ainsi des autres à proportion jusqu'au dixiéme. Je m'assure que ce ne sera pas tant l'intérêt qvi vous y portera, que l'honneur & le désir de me plaire.*

animum, ut adhibitis, cum quibus consultare erat ſolitus, indicaret *insolentiam barbari, eludentis ipsos, quia pennas non haberent. Se autem proxima nocte effecturum, ut crederet Macedones etiam volare.* Trecentos, inquit, pernicissimos juvenes ex ſuis quisque copiis perducite ad me, qui per calles & pene invias rupes domi pecora agere consueverint.

Illi præſtantes & levitate corporum, & ardore animorum ſtrenuo adducunt: quos intuens rex, *vobiscum*, inquit, *o! juvenes, & mei æquales, urbium invictarum ante munimenta ſuperavi; montium juga perenni nive obruta emensus ſum; anguſtias Ciliciæ intravi: Indiæ sine lassitudine vim frigoris ſum perpessus. Et mei documenta vobis dedi, & veſtri habeo. Petra, quam videtis, unum aditum habet, quem barbari obsident; cetera negligunt: nullæ vigiliæ ſunt, nisi quæ caſtra noſtra ſpectant. Invenietis viam, si ſolerter rimati fueritis aditus ferentes ad cacumen. Nihil tam alte Natura conſtituit, quo virtus non possit eniti. Experiendo quæ ceteri desperaverunt, Asiam habemus in poteſtate. Evadite in cacumen, quod cum ceperitis, candidis velis signum mihi dabitis. Ego copiis admotis hoſtem in hos a vobis convertam. Præmium erit ei, qui primus occupaverit verticem, talenta* x: *uno minus accipiet, qui proximus ei venerit: eademque ad decem homines ſervabitur portio. Certum autem habeo, vos non tam liberalitatem intueri meam, quam voluntatem.*

His animis regem audierunt, ut jam cepisse verticem viderentur. Dimissique ferreos cuneos, quos inter ſaxa defigerent, validosque funes parabant. Rex circumvectus petram, qua minime asper ac præruptus aditus videbatur; ſecunda vigilia, quod bene verteret, ingredi jubet. Illi alimentis in biduum ſumtis, gladiis modo atque haſtis armati ſubire cœperunt. Ac primo pedibus ingressi ſunt: deinde ut in prærupta perventum eſt, alii manibus eminentia ſaxa complexi levavere ſemet; alii adjectis funium laqueis evasere, cum cuneos inter ſaxa defigerent, quibus gradus ſubinde insiſterent. Diem inter metum laboremque consumserunt. Per aspera enixis duriora reſtabant, & crescere altitudo petræ videbatur. Illa vero miserabilis erat facies, cum ii, quos inſtabilis gradus fefellerat, ex præcipiti devolverentur. Mox eadem in ſe patienda alieni casus oſtendebat exemplum. Per has tamen difficultates enituntur in verticem montis, omnes fatigatione continuati laboris affecti; quidam multati parte membrorum; pariterque eos & nox & ſomnus oppressit. Stratis passim corporibus in inviis & in asperis ſaxorum, periculi inſtantis obliti in lucem quieverunt: tandemque velut ex alto ſopore excitati, occultas ſubjectasque ipsis valles rimantes, ignari in qua parte petræ tanta vis hoſtium condita esset: fumum ſpecus infra ſe ipsos evolutum notaverunt. Ex quo intellectum eſt, illam hoſtium latebram esse. Itaque haſtis imposue-

Ils

Ils écouterent le Roi avec une ardeur si vive, qu'ils s'imaginoient être déja au ſommet; ils ſe retirent, font proviſion de coins de fer, de crampons, & de groſſes cordes pour les attacher entre les pierres. Le Roi fit le tour de la montagne avec eux, & leur commanda d'entrer à la ſeconde veille de la nuit par l'endroit qui ſembloit le moins difficile, priant les Dieux de les conduire heureuſement. Ils ſe pourvurent de vivres pour deux jours, & n'ayant que leurs épées & leurs javelines, commencerent à monter, marchant quelque-temps à pied. Quant il fallut grimper, les uns embraſſoient les pierres qui avançoient, & ſe ſoulevoient eux-mêmes; les autres s'élevoient avec des cordes & des nœuds courants; les autres plantant leurs coins, en faiſoient des échelons, & paſſerent ainsi tout le jour, pendus à cette roche avec mille peines & mille dangers. Néanmoins, le plus fort reſtoit à faire, & il leur ſembloit que le roc croiſſoit toujours en hauteur; ils voyoient le ſpectacle horrible de leurs compagnons qui tomboient dans les précipices, & eux à tout moment couroient le même danger, ils continuerent cependant, & firent si bien, que malgré toutes ces difficultés, ils gagnerent le haut du roc, mais si fatigués, qu'ils n'en pouvoient plus. La nuit & le ſommeil les prirent en même-temps, & ſe couchant çà & là dans ces lieux pierreux, ſans penſer au danger où ils étoient, ils dormirent juſqu'au jour. Enfin ils ſe réveillerent de ce profond ſommeil, & regardant de tous côtés, ſans pouvoir découvrir l'endroit où étoit caché un si grand nombre de gens, ils apperçurent monter la fumée, qui leur déſigna la caverne des ennemis; en même-temps

ils éleverent le signal dont ils étoient convenus, & la troupe s'étant ralliée, il s'en trouva manquer trente-deux, qui s'étoient tués en montant.

Le Roi qui n'avoit pas plus d'envie d'emporter la place, qu'il étoit en peine de ſes hommes qu'il avoit expoſés à un si visible danger, fut tout le jour ſur pied à regarder ce rocher, & ne ſe retira pour ſe repoſer, qu'au moment où la nuit parut. Le lendemain dès le matin il fut le premier qui apperçut le signal; néanmoins il doutoit encore si ſes yeux ne le trompoient point, à cauſe de la fauſſe clarté que fait le crépuſcule à la naiſſance du jour; mais la lumiere venant à croître, le mit hors de doute. Ayant fait appeller Cophes, dont il s'étoit ſervi pour ſonder la volonté des Barbares, il l'envoya pour la ſeconde fois les exhorter de prendre, au moins à cette heure, un meilleur parti, & s'ils s'opiniâtroient ſur la bonté de la place, qu'il leur fît voir derriere eux ceux qui tenoient le ſommet. Cophes fit ce qu'il put pour réſoudre Arimazes à s'accommoder, lui repréſentant, *qu'il gagneroit les bonnes graces du Roi en ne l'arrêtant pas davantage devant un roc, au préjudice des gronds deſſeins qui l'appelloient ailleurs*. L'autre lui parla en des termes encore plus fiers & plus ſuperbes qu'auparavant, & lui commanda de ſe retirer. Mais Cophes le prenant par la main, le pria *de ſortir avec lui hors de la caverne*. Le Barbare y conſentant, il lui montra les Macédoniens logés ſur ſa tête, & ſe moquant de ſon orgueil, avec raiſon, il lui dit *que les ſoldats d'Alexandre avoient des aîles.*

On entendoit, cependant, les trompettes ſonner dans le camp des Macédoniens, & toute l'armée

re, quod convenerat signum : totoque e numero duos & xxx in ascensu interiisse cognoſcunt.

Rex non cupidine magis potiundi loci, quam vicem eorum; quos ad tam manifeſtum periculum miserat, ſollicitus : toto die cacumina montis intuens reſtitit. Noctu demum cum obscuritas conspectum oculorum ademisset; ad curandum corpus recessit. Poſtero die nondum ſatis clara luce primus vela, signum capti verticis, conspexit. Sed ne falleretur acies, dubitare cogebat varietas cœli, nunc internitente lucis fulgore, nunc condito. Verum ut liquidior lux apparuit cœlo, dubitatio exemta eſt. Vocatumque Cophan, per quem barbarorum animos tentaverat, mittit ad eos, qui moneret, nunc ſaltem ſalubrius consilium inirent. Sin autem fiducia loci perseverarent, oſtendi a tergo jussit, qui ceperant verticem. Cophas admissus ſuadere cœpit Arimazi *petram tradere, gratiam regis inituro, si tantas res molientem in unius rupis obsidione hærere non coegisset.* Ille ferocius ſuperbiusque quam antea locutus abire Cophan jubet. At is prehensum manu Barbarum rogat, *ut ſecum extra ſpecum prodeat :* quo impetrato juvenes in cacumine oſtendit, ejusque ſuperbiæ haud immerito illudens, *pennas*, ait, *habere milites Alexandri.*

Jamque e Macedonum caſtris signorum concentus & totius exercitus clamor audie-

batur. Ea res sicut pleraque belli vana & inania barbaros ad deditionem traxit. Quippe occupati metu, paucitatem eorum, qui a tergo erant, æstimare non poterant. Itaque Cophan (nam trepidantes reliquerat) strenue revocant; & cum eo xxx principes mittunt, qui petram tradant, & ut in columibus abire liceat, paciscantur. Ille quanquam verebatur, ne conspecta juvenum paucitate deturbarent eos barbari; tamen & fortunæ suæ confisus, & Arimazi superbiæ infensus, nullam se conditionem deditionis accipere respondit. Arimazes desperatis magis quam perditis rebus, cum propinquis nobilissimisque gentis suæ descendit in castra: quos omnes verberibus affectos sub ipsis radicibus petræ crucibus jussit affigi. Multitudo dedititiorum incolis novarum urbium cum pecunia capta dono data est: Artabazus in petræ regionisque, quæ apposita esset ei, tutela relictus.



pousser des cris d'allégresse & de victoire. Cela, comme plusieurs autres choses vaines qui arrivent à la guerre, engagea les Barbares, à se rendre. Saisis de frayeur, ils n'eurent pas l'attention de considérer le petit nombre de ceux qui étoient montés; de sorte qu'ils rappellerent incontinent Cophes, qui les avoit laissés dans cette épouvante, & envoyerent avec lui trente des principaux d'entr'eux pour remettre la place, à condition de sortir la vie sauve. Le Roi craignoit bien que les Barbares voyant si peu de gens, ne les fissent sauter dans les précipices; néanmoins, se fiant en sa bonne fortune, & irrité d'ailleurs de l'audace d'Arimazes, il refusa de les recevoir à aucune composition. Arimazes croyant ses affaires désesperées, quoiqu'elles ne le fussent point, descendit avec ses parents, & la principale Noblesse du pays, dans le camp d'Aléxandre, qui les fit tous battre de verges, & attacher en croix au pied même du rocher. La multitude qui s'étoit rendue, fut donnée aux habitants des nouvelles villes avec son argent, & Artabaze eut le Gouvernement du roc, & de toute la Province d'alentour.



LIVRE HUITIEME.

CHAPITRE PREMIER.

ALEXANDRE dut plutôt à ſa réputation qu'à ſa bravoure, la gloire de s'être rendu maître de ce roc. Comme il vit les ennemis diſperſés, il partagea ſon armée en trois, dont il donna une partie à Epheſtion, l'autre à Cénus, & ſe réſerva le reſte : mais les Barbares ne prirent pas tous le même-même parti ; car les uns furent domptés par les armes, & la plûpart ſe rendirent ſans combat, il diſtribua à ces derniers les villes & les terres de ceux qui s'étoient opiniâtrés dans la révolte. Cependant, les Bactriens exilés, fourrageant le plat-pays avec huit cens chevaux Maſſagetes ; Attinas, Gouverneur de la Province, voulut réprimer leur audace, & ne ſe méfiant point de l'embuſcade qu'on lui avoit dreſſée, il avança avec trois cens chevaux ; mais les ennemis ſe cacherent dans un bois ſitué le long d'une campagne, & firent paroître ſeulement quelque peu de gens qui chaſſoieut des troupeaux, afin que le butin l'attirât dans l'embuſcade. Ce Capitaine inconſideré, marchant en déſordre, ne ſongeoit qu'à pourſuivre ſa proie : il n'eut pas plutôt paſſé la forêt, qu'il fut chargé ſans le prévoir, & taillé en piéces avec toute ſa troupe. Le bruit de cette défaite vint incontinent aux oreilles de Cratere, qui y accourut avec toute ſa Cavalerie ; mais les Maſſagetes s'étant déja retirés, il déchargea ſa colere ſur

LIBER OCTAVUS.

CAPUT PRIMUM.

ALEXANDER majore fama, quam gloria in ditionem redacta petra; cum propter vagum hostem spargendæ manus essent, in tres partes divisit exercitum. Ephæstionem uni; Cœnon alteri duces dederat: ipse ceteris præerat. Sed non eadem mens omnibus barbaris fuit. Armis quidam subacti, plures ante certamen imperata fecerunt, quibus eorum qui in defectione perseveraverant, urbes agrosque jussit attribui. At exules Bactriani cum DCCC equitibus Massagetarum proximos vicos vastaverunt. Ad quos coercendos Attinas, regionis ejus præfectus, CCC equites, insidiarum, quæ parabantur, ignarus, eduxit. Namque hostis in silvis, quæ erant forte campo junctæ, armatum militem condidit; paucis propellentibus pecora, ut improvidum ad insidias præda perduceret. Itaque incomposito agmine, solutisque ordinibus, Attinas prædabundus sequebatur; quem prætergressum silvam, qui in ea consederant, ex improviso adorti, cum omnibus interemerunt. Celeriter ad Craterum hujus cladis fama perlata est; qui cum omni equitatu supervenit: & Massagetæ quidem jam refugerant; Dahæ

mille oppressi ſunt: quorum clade totius regionis finita defectio.

Alexander quoque Sogdianis rursus ſubactis, Maracanda repetit. Ibi Berdes, quem ad Scythas ſuper Bosphorum colentes miserat, cum legatis gentis occurrit. Phrataphernes quoque, qui Chorasmiis præerat, Massagetis, & Dahis regionum confinio adjunctus miſerat, qui *facturum imperata* pollicerentur. Scythæ petebant, *ut regis ſui filiam matrimonio sibi jungeret. Si dedignaretur affinitatem; principes Macedonum cum primoribus ſuæ genti connubio coïre pateretur. Ipsum quoque regem venturum ad eum* pollicebantur. Utraque legatione benigne audita, Ephæſtionem & Artabazum operiens, ſtativa habuit; quibus adjunctis, in regionem, quæ appellatur *Bazaria*, pervenit.

Barbaræ opulentiæ in illis locis haud ulla ſunt majora indicia, quam magnis nemoribus ſaltibusque nobilium ferarum greges clausi. Spatiosas ad hoc eligunt silvas, crebris perennium aquarum fontibus amœnas. Muris nemora cinguntur, turresque habent venantium receptacula. Quatuor continuis ætatibus intactum ſaltum fuisse conſtabat. Quem Alexander cum toto exercitu ingressus agitari undique feras jussit. Inter quas cum leo magnitudinis raræ ipsum regem invasurus incurreret, forte Lysimachus, qui poſtea regnavit, proximus Alexandro, venabulum objicere feræ cœperat. Quo rex repulso, & *abire* jusso, ad

les Dahés, & leur tua mille hommes, ce qui mit fin à tous les mouvements de la Province.

Le Roi de ſon côté, domta encore une fois les Sogdiens, & retourna à Maracande, où Berdes, qu'il avoit dépêché vers les Scythes qui ſont ſur les rives du Boſphore, vint à ſa rencontre avec leurs Ambaſſadeurs. Phrataphernes, Satrape des Coraſmiens, voyant les Maſſagetes ſubjugués, & enſuite les Dahés ſes voiſins, lui envoya auſſi faire hommage. Les Scythes demandoient, *qu'il épouſât la fille de leur Roi, & s'il ne l'eſtimoit pas digne de cet honneur, qu'il ſouffrît, pour le moins, que les principaux de ſa Cour fiſſent alliance avec les grands Seigneurs du pays ; ils promettoient même que leur Roi viendroit en perſonne le trouver.* Il reçut fort civilement l'une & l'autre Ambaſſade, & après avoir ſéjourné là quelques jours pour attendre Epheſtion & Artabaze ; comme ils furent arrivés, il paſſa dans la Bazarie.

La plus grande magnificence de ces peuples ne conſiſte qu'en des parcs remplis de bêtes fauves, & pour cet effet, ils choiſiſſent de grandes forêts arroſées d'eaux, & les ferment de murailles, qu'ils garniſſent de tours pour la retraite des veneurs. On en fit voir un, entr'autres, où il y avoit quatre cens ans qu'on n'avoit chaſſé. Le Roi y entra avec toute ſon armée, & fit lancer des bêtes de tous les côtés, parmi leſquelles il y eut un lion d'une épouvantable grandeur, qui vint droit à lui : Lyſimaque qui regna depuis, ſe trouvant près du Roi, & préſentant l'épieu à la bête, le Roi le repouſſa, & lui commanda de ſe retirer, diſant, *qu'il pouvoit tuer un lion auſſi-bienque Lyſimaque ;* car un jour

comme ce Prince chassoit en Syrie, il tua seul un lion prodigieusement grand ; mais il en eut l'épaule gauche déchirée jusqu'à l'os, & courut un extrême danger de sa vie. Le Roi lui faisant ce reproche, fit encore mieux qu'il n'avoit dit, puisque non-seulement il ne manqua pas la bête, mais il la tua d'un seul coup. Je suis bien trompé si cette avanture n'a donné lieu à ce qu'on rapporte mal-à-propos d'Alexandre, *qu'il avoit exposé Lysimaque au lion*. Du reste, quoique ce combat lui eut réussi, toutes-fois les Macédoniens ordonnerent, selon leur coûtume, *que le Roi n'iroit plus à la chasse à pied, & sans avoir quelques-uns des Grands & de ses Officiers avec lui.* Après avoir fait mettre par terre jusqu'à quatre mille bêtes, il fit un festin à toute l'armée dans ce même parc.

De-là il revint à Maracande, où ayant agréé la priere d'Artabaze, de le décharger de son Gouvernement, à cause de sa vieillesse, il en pourvut Clitus. Cet ancien soldat de Philippe, qui s'étoit distingué en plusieurs occasions, est celui qui avoit couvert le Roi de son bouclier, comme il combattoit la tête nue à la bataille du Granique, & qui avoit coupé la main à Rosaces lorsqu'il l'avoit levée pour le tuer. Sa sœur Hellanice avoit nourri Alexandre, qui ne l'aimoit pas moins que sa propre mere ; toutes ces considérations l'avoient engagé à lui confier une des Provinces les plus importantes de son Empire. Ayant ordre de partir le lendemain, il fut convié le soir à un festin, où le Roi, après avoir bien bu, célébra ses exploits, ne gardant aucune mesure dans son propre éloge, & se

jecit, *tam a ſemet uno quam a Lysimacho leonem interfici posse.* Lysimachus enim quondam cum venaretur in Syria, occiderat eximiæ magnitudinis feram ſolus : ſed lævo humero uſque ad ossa laceratus ad ultimum periculi pervenerat. Id ipsum exprobrans ei rex, fortius quam locutus eſt, fecit. Nam feram non excepit modo ; ſed etiam uno vulnere occidit. Fabulam, quæ *objectum leoni a rege Lysimachum* temere vulgavit, ab eo casu, quem ſupra diximus, ortam esse crediderim. Ceterum Macedones quanquam prospero eventu defunctus erat Alexander ; tamen ſcivere gentis ſuæ more, ne pedes venaretur, aut sine delectis principum amicorumque. Ille IV millibus ferarum dejectis, in eodem ſaltu cum toto exercitu epulatus eſt.

Inde Maracanda reditum eſt : acceptaque ætatis excusatione ab Artabazo ; provinciam ejus deſtinat Clito. Hic erat qui apud Granicum amnem nudo capite regem dimicantem clypeo ſuo texit ; & Rhœsacis manum capiti regis imminentem gladio amputavit : vetus Philippi miles, multisque bellicis operibus clarus. Hellanice, quæ Alexandrum educaverat, ſoror ejus, haud ſecus quam mater a rege diligebatur. Ob has causas validissimam imperii partem fidei ejus tutelæque commisit. Jamque iter parare in poſterum jussus, ſolemni & tempeſtivo adhibetur convivio. In quo rex cum multo incaluisset mero, immodicus æſtimator ſui, celebrare, quæ gesserat, cœ-

pit; gravis etiam eorum auribus, qui ſentiebant vera memorari.

Silentium tamen habuere ſeniores, donec Philippi res orsus obterere, *nobilem apud Chæroneam victoriam ſui operis fuisse* jactavit; *ademtamque sibi malignitate & invidia patris tantæ rei gloriam. Illum quidem ſeditione inter Macedones milites, & Græcos mercenarios orta; debilitatum vulnere, quod in ea conſternatione acceperat, jacuisse, non alias quam ſimulatione mortis tutiorem; ſe corpus ejus protexisse clypeo ſuo, ruentesque in illum ſua manu occisos. Quæ patrem nunquam æquo animo esse confeſſum, invitum filio debentem ſalutem ſuam. Itaque poſt expeditionem, quam sine eo fecisset ipse in Illyrios, victorem ſcripsisse ſe patri, fusos fugatosque hoſtes. Nec adfuisse unquam Philippum. Laude dignos esse, non qui Samothracum initia viserent, cum Asiam uri vaſtarique oporteret; ſed eos, qui magnitudine rerum fidem antecessiſſent.*

Hæc & his similia læti audiere juvenes: ingrata ſenioribus erant, maxime propter Philippum, ſub quo diutius vixerant. Tum Clitus, ne ipse quidem ſatis ſobrius, ad eos qui infra ipsum cubabant, conversus, Euripidis retulit carmen, ita ut ſonus magis, quam ſermo exaudiri posset a rege. Quo significabatur, *male inſtituisse Græcos, quod tropæis regum duntaxat nomina inscriberentur. Alieno enim ſanguine partam gloriam intercipi.* Itaque rex cum ſuspicaretur malignius habitum esse ſermo-

rendant importum même à ceux qui ſçavoient qu'il diſoit la vérité.

Les plus anciens ſe turent, jnſqu'à ce qu'ayant commencé d'agraver les actions de Philippe, il ſe vanta, *que cette fameuſe victoire de Chéronée étoit ſon ouvrage, & que la gloire d'une si grande action lui avoit été ravie par la malignité & la jalousie de ſon pere : qu'en la ſédition ſurvenue entre les Macédoniens & les Grecs ſoudoyés, Philippe, affoibli de la bleſſure qu'il avoit reçue en ce tumulte, s'étoit couché par terre, & n'avoit point trouvé de meilleur expédient pour ſe ſauver, que de faire le mort, & qu'alors il l'avoit couvert de ſon bouclier, & tué de ſa main ceux qui ſe vouloient jetter ſur lui ; mais que ſon pere n'avoit jamais voulu en convenir, comme ayant regret de devoir la vie à ſon fils. Que dans l'expédition qui s'étoit faite contre les Illyriens, il avoit ſeul remporté la victoire, Philippe ne s'y étant point trouvé, & n'ayant rien ſçu de la défaite des ennemis, que par ſes lettres. Que ceux-là étoient dignes de louanges, non ceux qui s'alloient faire initier aux myſteres des Samothraces, lorſqu'il falloit mettre à feu & à ſang toute l'Asie ; mais qui par la grandeur de leurs exploits, avoient ſurpaſſé la créance des hommes.*

La jeuneſſe étoit ravie d'entendre ces diſcours, & autres ſemblables ; mais les plus agés ne les pouvoient ſouffrir, principalement à cauſe de Philippe, ſous lequel ils avoient long temps ſervi. Clitus, qui avoit bu aussi, ſe tournant vers ceux qui étoient assis au-deſſous de lui, leur récita un vers d'Euripide, d'une maniere que le Roi pouvoit plutôt en entendre le ſon que les paroles, & dont la ſubſtance étoit, *que les Grecs avoient eu grand tort d'ordonner qu'aux inſcriptions des trophées on mettroit ſeulement le nom des Rois, parce qu'on déroboit la gloire de ceux qui l'avoient acquiſe au prix de leur ſang*. Le Roi ſe douta bien qu'il s'étoit échappé dans

ſes paroles, & demandant à ceux qui étoient proche, *ce qu'il avoit dit*, comme perſonne ne répondoit rien, Clitus hauſſant la voix peu à peu, ſe mit à conter les actions & les guerres de Philippe dans la Gréce, les préférant à tout ce qui ſe faiſoit alors. De-là il ſe forma une diſpute entre les jeunes & les anciens, & quoique le Roi parut écouter avec patience tout ce que diſoit Clitus, & qui diminuoit ſa gloire, cependant la colere l'agitoit intérieurement; il ſembloit qu'il ne s'y ſeroit pas encore livré, si Clitus en fût demeuré là; mais continuant avec plus d'inſolence, il l'irritoit toujours davantage. Il fut même aſſez téméraire pour défendre Parménion, & pour ſoutenir, *que la ruine de Thébes n'étoit rien en comparaiſon de la victoire que Philippe avoit remportée ſur les Athéniens.* Son humeur contrariante & opiniâtre ne l'excitoit pas moins à parler ainsi, que le vin qui lui montoit à la tête. *Enfin,* dit-il, *s'il eſt queſtion de mourir pour vous, Clitus eſt toujours le premier; mais quand on vient à la diſtribution des prix, dont vous êtes l'arbitre; ceux-là ſont des mieux partagés, & emportent les principaux fruits de la victoire, qui attaquent plus indécemment la mémoire du Roi votre pere. Vous me donnez le Gouvernement de la Sogdiane, qui s'eſt tant de fois révoltée, & qui eſt non-ſeulement indomtée, mais indomtable; c'eſt-à-dire, que vous me confinez parmi des bêtes ſauvages qu'on ne ſçauroit apprivoiſer. Mais laiſſons-là ce qui me regarde. Vous ne faites aucun cas des ſoldats de Philippe, & vous oubliez que ſans le bon-homme Atharias, que voilà, qui ramena vos jeunes gens au combat, quand ils tournoient le dos, nous ſerions encore devant Halicarnaſſe; comment donc s'eſt-il pu faire que vous ayez ſubjugué l'Asie avec cette jeuneſſe? Je croi, pour moi, que ce que votre oncle a dit en Italie, eſt véritable; qu'il avoit rencontré des hommes, & vous des femmes.*

De tout ce que dit Clitus d'inſolent & de brutal,

nem, percontari proximos cœpit, *quid ex Clito audissent.* Et illis ad silentium obſtinatis, Clitus paulatim majore voce Philippi acta bellaque in Græcia geſta commemorat, omnia præſentibus præferens. Hinc inter juniores ſeneſque orta contentio eſt. Et rex velut patienter audiret, quîs Clitus obterebat laudes ejus, ingentem iram conceperat. Ceterum cum animo videretur imperaturus, ſi finem procaciter orto ſermoni Clitus imponeret, nihil eo remittente magis exaſperabatur. Jamque Clitus etiam Parmenionem defendere audebat, & Philippi de Athenienſibus victoriam Thebarum præferebat excidio; non vino modo, ſed etiam animi prava contentione provectus. Ad ultimum, *ſi moriendum*, inquit, *eſt pro te; Clitus eſt primus: at cum victoriæ arbitrium agis, præcipuum ferunt præmium, qui procaciſſime patris tui memoriæ illudunt. Sogdianam regionem mihi attribuis, toties rebellem, & non modo indomitam, ſed quæ ne ſubigi quidem poſſit. Mittor ad feras beſtias præcipitia ingenia ſortitas. Sed quæ ad me pertinent transeo. Philippi milites ſpernis, oblitus, niſi hic Atharias ſenex juniores pugnam detrectantes revocaſſet, adhuc nos circa Halicarnaſſum hæſuros fuiſſe. Quomodo ergo Aſiam etiam cum iſtis junioribus ſubjeciſti? Verum eſt, ut opinor, quod avunculum tuum in Italia dixiſſe conſtat, ipſum in viros incidiſſe, te in feminas.*

Nihil ex omnibus inconſulte ac temere jac-

tis regem magis moverat, quam Parmenionis cum honore mentio illata. Dolorem tamen rex pressit, contentus jussisse *ut convivio excederet.* Nec quidquam aliud adjecit, quam *forsitan eum, si diutius locutus foret, exprobraturum sibi fuisse vitam a ſemetipso datam; hoc enim ſuperbe ſæpe jactasse.* Atque illum cunctantem adhuc ſurgere, qui proximi ei cubuerant, injectis manibus jurgantes monentesque conabantur abducere. Clitus cum abſtraheretur, ad priſtinam violentiam ira quoque abjecta, *ſuo pectore tergum illius esse defensum; nunc poſtquam tanti meriti præteriit tempus, etiam memoriam invisam esse proclamat. Attali* quoque *cædem* objiciebat; & ad ultimum Jovis, quem patrem sibi Alexander assereret, oraculum eludens, *veriora ſe regi, quam patrem ejus reſpondisse* dicebat.

Jam tantum iræ conceperat rex, quantum vix ſobrius ferre potuisset. Enimvero olim mero ſensibus victis, ex lecto repente prosiluit. Attoniti amici ne positis quidem, ſed abjectis poculis consurgunt, in eventum rei, quam tanto impetu acturus esset, intenti. Alexander rapta lancea ex manibus armigeri, Clitum adhuc eadem linguæ intemperantia furentem percutere conatus, a Ptolemæo & Perdicca inhibetur. Medium complexi & obluctari perseverantem morabantur: Lysimachus & Leonnatus etiam lanceam abſtulerant. Ille militum fidem implorans, *comprehendi ſe a proximis amicorum, quod Dario nu-*

rien ne piqua tant Alexandre que d'avoir parlé honorablement de Parménion. Il ſe retint cependant, & ſe contenta de lui commander, *qu'il ſortît de table*, ajoutant ſeulement, *que s'il eût parlé davantage, peut-être lui auroit-il reproché qu'il lui avoit ſauvé la vie*, *comme il s'en vantoit tous les jours avec aſſez d'arrogance*. Mais Clitus ne ſe hâtant pas de ſe lever, ceux qui étoient près de lui le prirent, & employant les remontrances & la force, tâcherent de l'emmener. Comme on l'entraînoit, la colere ſe mêlant avec le vin, il s'écria, *qu'il s'étoit mis derriere lui pour le ſouſtraire au coup mortel qu'on lui portoit, & que l'occasion d'un si grand ſervice étant paſſée, la mémoire lui en étoit odieuſe.* Il lui reprocha le meurtre d'Attalus, & enfin, ſe moquant de l'Oracle de Jupiter,° de qui Alexandre ſe diſoit le fils, il ſe vanta, *de lui avoir mieux dit la vérité que ſon pere.*

Le Roi étoit si outré de colere, qu'à peine eût-il pu ſe contenir, quand il n'eût pas été pris de vin; il ſaute tout d'un coup au javelot d'un de ſes Gardes, & alloit tuer Clitus, qui parloit toujours plus haut & plus inſolemment, si Ptolemée & Perdiccas n'euſſent arrêté le Roi, malgré tous ſes efforts, & si Léonatus & Lysimaque ne lui euſſent ôté le javelot. Il s'écria; *que ceux en qui il ſe fioit le plus, ſe ſaisiſſoient de lui, comme on avoit fait de Darius; il implore la foi de ſes ſoldats, & fait ſonner la trompette, afin qu'ils priſſent les armes, & vinſſent à ſon ſecours.* Alors Ptolemée & Perdiccas ſe jetterent à ſes genoux, & le ſupplierent *de ne ſe pas emporter, qu'il laissât paſſer les premiers mouvements, & que le lendemain il feroit toutes choſes*

avec plus de justice & de modération. Mais la colere le rendoit intraitable ; il court, tout hors de soi, à l'entrée du palais, arrache le javelot à la sentinelle, & se met sur le chemin par où devoient passer ceux qui avoient soupé avec lui. Tout le monde étoit retiré, il ne restoit plus que Clitus, qui sortoit sans flambeau. Le Roi lui demanda, *qui il étoit*, d'une voix qui annonçoit ce qu'il alloit faire ? L'autre, dont la colere étoit passée, mais non-pas le souvenir de celle de son Maître, lui répondit doucement, *que c'étoit Clitus qui se retiroit*, & à ces mots, le Roi lui passa le javelot au travers du corps, & tout souillé de son sang, lui dit : *Va-t'en maintenant trouver Philippe, Parménion, & Attalus.*

CHAP. II. Il faut avouer que la Nature, qui a fait de si grands avantages à l'homme, lui a laissé pourtant cette foiblesse, qu'il considere moins les choses avant que de les faire, qu'après qu'elles sont faites. Le Roi ne fut pas plutôt revenu de sa colere, & les vapeurs du vin dissipées, qu'il connut, lorsqu'il n'étoit plus temps, la grandeur de son forfait. Il voyoit qu'il avoit tué un homme, qui à la vérité, avoit abusé de sa patience, mais qui au reste étoit un grand guerrier, &, s'il n'eût eu honte de l'avouer, qui lui avoit sauvé la vie. Il se trouvoit qu'un Roi s'étoit fait le ministre de sa vengeance, & par un meurtre horrible, avoit puni des paroles licencieuses, qui pouvoient être imputées au vin : enfin, il voyoit nager dans son sang, à la porte du palais, celui qu'il venoit de voir à sa table, & ses Gardes qui, saisis de frayeur, se tenoient loin de lui, & n'en osoient approcher ; de sorte que s'aban-

per accidisset, exclamat; *signumque tuba dari, ut ad regiam armati coïrent*, jubet. Tum vero Ptolemæus & Perdiccas genibus advoluti orant, *ne in tam præcipiti ira perſeveret, ſpatiumque potius animo det. Omnia poſtero die juſtius executurum.* Sed clausæ erant aures, obſtrepente ira. Itaque impotens animi percurrit in regiæ veſtibulum, & vigili excubanti haſta ablata conſtitit in aditu, quo necesse erat iis, qui simul cœnaverant, egredi. Abierant ceteri, Clitus ultimus sine lumine exibat. Quem rex, *quisnam esset?* interrogat. Eminebat etiam in voce, ſceleris quod parabat, attrocitas. Et ille jam non ſuæ, ſed regis iræ memor; *Clitum esse, & de convivio exire* respondit. Hæc dicentis latus haſta transfixit, morientisque ſanguine aspersus: *I nunc*, inquit, *ad Philippum, & Parmenionem, & Attalum.*

CAP. II. Male humanis ingeniis natura consuluit, quod plerumque non futura, ſed transacta perpendimus. Quippe rex, poſtquam ira mente decesserat, etiam ebrietate discussa, magnitudinem facinoris ſera æſtimatione perspexit. Videbat tunc immodica libertate abusum, ſed alioqui egregium bello virum, & nisi erubesceret fateri, ſervatorem ſui, occisum. Deteſtabile carnificis miniſterium occupaverat rex: verborum licentiam, quæ vino poterat imputari, nefanda cæde ultus. Manabat toto veſtibulo cruor paulo ante convivæ: vigiles attoniti & ſtupentibus similes procul ſtabant, liberioremque pœniten-

tiam ſolitudo exciebat. Ergo haſtam ex corpore jacentis evulsam retorsit in ſemet : jamque admoverat pectori ; cum advolant vigiles, & repugnanti e manibus extorquent, allevatumque in tabernaculum deferunt. Ille humi proſtraverat corpus, gemitu ejulatuque miserabili tota perſonante regia. Laniare deinde os unguibus, & circumſtantes rogare, *ne ſe tanto dedecori ſuperſtitem esse paterentur.* In has preces tota nox exacta eſt. Scrutantemque, num ira Deorum ad tantum nefas actus esset ? ſubit anniversarium ſacrificium Libero patri non esse redditum ſtatuto tempore. Itaque inter vinum & epulas cæde commissa, iram Dei fuisse manifeſtam.

Ceterum magis eo movebatur, quod omnium amicorum animos videbat attonitos : neminem cum ipso ſociare ſermonem poſtea ausurum. Vivendum esse in ſolitudine velut feræ beſtiæ, terrenti alias, alias timenti. Prima deinde luce tabernaculo corpus, sicut adhuc cruentum erat, jussit inferri. Quo posito ante ipsum, lacrymis obortis, *hanc*, inquit, *nutrici meæ gratiam retuli, cujus duo filii apud Miletum pro mea gloria occubuere mortem : hic frater, unicum, orbitatis ſolatium a me inter epulas occisus eſt. Quo nunc ſe conferet misera ? Omnibus ejus unus ſupersum, quem ſolum æquis oculis videre non poterit. Et ego ſervatorum meorum latro, revertar in patriam, ut ne dextram quidem nutrici sine memoria calamitatis ejus offerre possim ?* Et cum finis lacrymis querelisque non

donnant au déſeſpoir, & ſe voulant tuer, la ſolitude facilitoit ſon deſſein. Il retire donc le javelot du corps qui étoit là étendu, & en tourne la pointe contre lui-même, quand ſes gardes y accoururent, le lui ôterent avec peine, & l'emporterent dans ſa tente. Là il ſe jetta par terre, remplit tout le palais de hauts cris; & ſe déchirant le viſage, il prioit ceux qui étoient autour de lui, *de ne le pas laiſſer vivre après une action si honteuſe ;* durant toute la nuit, il ne ceſſa de leur faite cette priere, Comme il examinoit si ce n'avoit point été par la colere des Dieux qu'il avoit commis ce crime, il ſe reſſouvient qu'il n'avoit point ſacrifié à Bacchus, ſelon ſa coûtume, & que ce meurtre étant arrivé parmi le vin & la bonne chere, c'étoit une marque infaillible du courroux de ce Dieu.

Ce qui augmentoit encore ſa douleur, c'étoit de voir tous ſes amis dans la frayeur, & que perſonne n'oſeroit plus converſer avec lui; mais que chacun le fuiroit, & qu'il ſeroit contraint de vivre ſolitaire comme une bête ſauvage qui fait peur aux autres, & à qui les autres font peur. Dès le point du jour il commanda qu'on apportât dans ſa tente le corps encore ſanglant, & à la vue de ce ſpectacle, pleurant amerement: *Eſt-ce là*, dit-il, *la récompenſe que j'ai rendue à ma nourriſſe, de qui les deux fils ſont morts devant Milet, à mon ſervice, & pour ma gloire? Falloit-il qu'à ma table je lui raviſſe encore ce frere, qui étoit toute ſa conſolation, après la perte de ſes enfants? Que deviendra maintenant cette malheureuſe? elle n'a plus que moi, mais qu'elle ne ſçauroit voir déſormais qu'avec horreur. Meurtrier de tes amis, & de ceux qui t'ont ſauvé la vie! oſeras-tu bien retourner au pays, où tu ne pourras préſenter la main à ta Nourrice, ſans lui renouveller la mémoire de ſon infortune?* Et comme il ne mettoit point de fin à ſes larmes ni à ſes plaintes, on fit em-

porter le corps, & le Roi fut trois jours couché & enfermé ſans vouloir voir perſonne ; mais ſes Officiers & ſes Gardes le voyant obſtiné à ſe laiſſer mourir, entrerent tous enſemble dans ſa tente, & l'engagerent, à force de prieres & de remontrances, à prendre de la nourriture. Et afin qu'il eut moins de honte de ſa faute, les Macédoniens déclarerent par un décret ſolemnel, *que Clitus avoit été tué juſtement ;* & même ils avoient réſolu de le priver de ſépulture, si le Roi ne l'eût fait enſevelir.

Après avoir ſéjourné dix jours à Maracande, pour r'aſſurer ſa contenance, il envoya Epheſtion à la Bactriane, avec une partie de ſes troupes, faire des magasins pour l'hiver. Il donna à Amyntas le Gouvernement qu'il avoit deſtiné à Clitus, & delà vint en Xenippe, qui eſt une Province frontiere de la Scythie, où tout eſt plein de villages & de bourgs, à cauſe de la bonté du terroir, qui n'y retient pas ſeulement ceux du pays, mais y attire aussi les étrangers. C'étoit la retraite des Bactriens bannis, qui avoient quitté le parti d'Alexandre ; mais ſur le bruit de ſon arrivée, ayant été chaſſés par les habitants, ils avoient aſſemblé environ deux mille deux cents hommes : c'étoient tous cavaliers, qui même en pleine paix ne vivoient que de brigandages, & ces eſprits brutaux s'étoient rendus plus farouches par la guerre, & par le déſeſpoir du pardon. Ils vinrent fondre ſubitement ſur Amyntas, Lieutenant d'Alexandre, & le chargerent si furieuſement, que la victoire fut long-temps en balance, juſqu'à ce qu'ayant perdu ſept cents des leurs, dont il y en eut trois cents priſonniers, ils prirent la fuite, non ſans s'être vengés, car ils tuerent quatre-vingt Macédoniens, & en bleſſerent

fieret; jussu amicorum corpus ablatum eſt. Rex triduum jacuit inclusus. Quem ut armigeri corporisque cuſtodes ad moriendum obſtinatum esse cognoverunt; universi in tabernaculum irrumpunt, diuque precibus eorum reluctatum ægre vicerunt, ut cibum caperet. Quoque minus cædis puderet, *jure interfectum Clitum* Macedones decernunt, ſepultura quoque prohibituri, ni rex humari jussisset.

Igitur decem diebus maxime ad confirmandum pudorem apud Maracanda consumtis; cum parte exercitus Ephæſtionem in regionem Bactrianam misit, commeatus in hiemem paraturum. Quam Clito autem deſtinaverat provinciam, Amintæ dedit, ipse Xenippa pervenit. Scythiæ confinis eſt regio, habitaturque pluribus ac frequentibus vicis, quia ubertas terræ non indigenas modo detinet; ſed etiam advenas invitat. Bactrianorum exulum, qui ab Alexandro defecerant, receptaculum fuerat. Sed poſtquam regem adventare compertum eſt; pulsi ab incolis II millia fere & ducenti congregantur. Omnes equites erant, etiam in pace latrociniis assueti. Tum ferocia ingenia non bellum modo, ſed etiam veniæ desperatio efferaverat. Itaque ex improviso adorti Amyntam prætorem Alexandri, diu anceps prælium fecerant. Ad ultimum DCC ſuorum amissis, quorum CCC hoſtis cepit; dedere terga victoribus: haud ſane inulti, quippe LXXX Macedonum interfecerunt, præterque eos CCC & L ſaucii facti ſunt. Veniam ta-

ejus, in qua rex vescebatur; ut convivio egresſum in cubiculum deducerent. Sed fortuna ipsius, simulque epulantium comitas provexit omnes ad largius vinum; ludi etiam convivales extraxere tempus: nunc lætis conjuratis, quod ſopitum aggressuri essent; nunc ſollicitis, ne in lucem convivium extraheretur. Quippe alios in ſtationem oportebat prima luce ſuccedere; ipsorum poſt VII dies reditura vice. Nec ſperare poterant in illud tempus omnibus duraturam fidem.

Ceterum cum jam lux appeteret, & convivium ſolvitur, & conjurati exceperunt regem, læti occasionem exequendi ſceleris admotam; cum mulier attonitæ, ut creditum eſt, mentis, conversari in regia ſolita, quia inſtinctu videbatur futura prædicere; non occurrit modo abeunti, ſed etiam ſemet objecit: vultuque & oculis motum præferens animi, *ut rediret in convivium* monuit; & ille per ludum, *bene Deos ſuadere* respondit; revocatisque amicis in horam diei ferme ſecundam convivii tempus extraxit. Jam alii ex cohorte in ſtationem ſuccesserant, ante cubiculi fores excubituri; adhuc tamen conjurati ſtabant vice officii ſui expleta: adeo pertinax ſpes eſt, quam humanæ mentes, quam ingentes concupiscentiæ devoverunt. Rex benignius quam alias allocutus, *discedere eos ad curanda corpora, quoniam tota nocte perſtitissent*, jubet. Data ſunt ſingulis quinquaginta ſeſtertia; collaudatiſque, *quod etiam aliis tradita vice tamen excu-*

bare perseverassent. Illi tanta ſpe deſtituti domos abeunt : & ceteri quidem exſpectabant ſtationis ſuæ noctem.

Epimenes, sive comitate Regis, qua ipsum inter conjuratos exceperat, repente mutatus; sive quia cœptis Deos obſtare credebat; fratri ſuo Eurylocho, quem antea expertem esse consilii voluerat, quid pararetur, aperit. Omnibus Philotæ ſupplicium in oculis erat. Itaque protinus injicit fratri manum, & in regiam pervenit: excitatisque cuſtodibus corporis, *ad ſalutem regis pertinere, quæ afferret*, affirmat. Et tempus, quo venerant; & vultus haud ſane ſecuri animi index; & mœſtitia e duobus alterius, Ptolemæum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitaverunt: itaque apertis foribus, & lumine illato ſopitum mero ac ſomno excitant regem. Ille paulatim mente collecta, *quid afferrent*, interrogat. Nec contatus Eurylochus, *non ex toto domum ſuam aversari Deos* dixit, *quia frater ipsius quanquam impium facinus auſus foret; tamen & pœnitentiam ejus ageret; & per ſe potissimum profiteretur indicium. In eam ipsam noctem, qua decederet, insidias comparatas fuisse: auctores ſceleſti consilii esse, quos minime crederet rex.*

Tum Epimenes cuncta ordine, consciorumque nomina exponit. Callisthenen non ut participem facinoris nominatum esse conſtabat; ſed ſolitum puerorum ſermonibus vituperantium criminantiumque regem faciles aures præbere. Quidam adjiciunt, cum Hermo-

gnons, ils n'avoient pas laiſſé de demeurer. Après une si grande occasion perdue, chacun ſe retira chez ſoi, en attendant la nuit qu'ils devoient rentrer en garde.

Epimene, ſoit que les careſſes du Roi l'euſſent changé tout-à-coup, ou qu'il crût que les Dieux s'oppoſoient à ce deſſein, découvrit la conjuration à ſon frere Euriloque, à qui il n'avoit pas voulu qu'on la communiquât auparavant; & comme le ſupplice de Philotas étoit encore tout récent, Euryloque arrêta ſon frere ſur le champ, & le mena au palais, où ayant éveillé les gardes, il leur dit, *qu'il s'agiſſoit d'une affaire qui regardoit la vie du Roi.* L'heure indue à laquelle ils venoient, leur mine effrayée, & la triſteſſe peinte ſur le front de l'un des deux, donnerent l'alarme à Ptolemée & à Léonatus, qui étoient de garde à la porte de la chambre; de ſorte qu'ils les firent entrer promptement, & éveillerent le Roi encore tout aſſoupi de la débauche: mais comme il eut peu à peu repris ſes eſprits, il leur demanda, *ce qu'il y avoit?* & auſſi-tôt Euryloque commença à dire; *Que les Dieux n'avoient pas entierement abandonné leur famille, puiſque ſon frere ayant projetté le plus grand de tous les crimes, ils lui avoient fait la grace de s'en repentir; & que pour lui, il venoit réveler au Roi la conſpiration faite contre ſa perſonne, & qui avoit manqué d'être exécutée la nuit de devant; qu'au reſte, il ne s'imagineroit jamais les auteurs d'un deſſein si déteſtable.*

Alors Epimene déduisit tout l'ordre de la conjuration, & déclara les complices. Il eſt certain que Calliſthene ne fut point nommé comme participant à ce conſeil; mais comme ayant coûtume de prêter l'oreille aux diſcours de ſes diſciples, quand ils parloient licentieuſement du Roi, & blâmoient ſes actions. Quelques-uns ajoutent qu'Hermolaüs s'étant auſſi plaint à lui de ce que le Roi lui avoit fait

donner le fouet, Callisthene lui avoit dit, *qu'il falloit se ressouvenir qu'ils n'étoient plus enfants*, & qu'on ne sçavoit s'il avoit dit cela pour les consoler dans leurs déplaisirs, ou pour les inciter à la vengeance. Quand le Roi eut consideré la grandeur du péril qu'il avoit couru, il donna sur l'heure a Eurycloque cinquante talents, & la dépouille d'un certain Tyridate, qui étoit fort riche, & lui rendit son frere, avant même qu'il le lui demandât; mais il fit arrêter les autres de la conspiration, & avec eux Callisthenes; & après qu'il les eut fait amener au palais, comme il étoit las des excès de la nuit passée, il fut tout le jour & toute la nuit suivante à se reposer.

Le lendemain, il tint une assemblée générale, où se trouverent les peres & les parents des criminels, qui n'étoient pas eux-mêmes trop assurés de leur vie; car ils devoient mourir par la loi des Macédoniens, qui ne pardonnoient à pas un de la race. Le Roi fit entrer les conjurés, excepté Callisthene. D'abord ils confesserent tout; & comme chacun les maudissoit, le Roi leur demanda, *ce qu'il leur avoit fait pour les porter à entreprendre un tel crime?*

CHAP. VII. La crainte les saisit à cette interrogation, & Hermolaüs répondit: *Puisque vous le demandez, comme si vous ne le sçaviez pas, je vous déclare que nous avons résolu de vous tuer, parce que vous nous traitez en esclaves.* A ces mots, son pere Sopolis se leva le premier, l'appellant *parricide de son Roi & de son pere*, & lui mit la main devant la bouche, disant, *qu'il ne falloit pas laisser parler da-*

laüs apud eum quoque verberatum ſe a rege quereretur, dixisse Calliſthenen : meminisse debere eos jam viros esse. Idque an ad conſolandam patientiam verberum ; an ad incitandum juvenum dolorem dictum esset, in ambiguo fuisse. Rex animi corporisque ſopore discusso, cum tanti periculi, quod evaserat, imago oculis oberraret; Eurylochum L talentis & cujusdam Tyridatis opulenti bonis donat protinus; fratremque, antequam pro ſalute ejus precaretur, reſtituit. Sceleris autem auctores, interque eos Calliſthenen vinctos asservari jubet: quibus in regiam adductis, toto die & nocte proxima, mero ac vigiliis gravis, acquievit.

Poſtero autem frequens consilium adhibuit, cui patres propinquique eorum, de quibus agebatur, intererant; ne de ſua quidem ſalute ſecuri : quippe Macedonum more perire debebant, omnium devotis capitibus, qui ſanguine contigissent eos. Rex introduci conjuratos præter Calliſthenen jussit. Atque quæ agitaverant, sine cunctatione confessi ſunt. Increpantibus deinde universis eos; ipse rex, *quo ſuo merito tantum in ſemet cogitassent facinus?* interrogat.

CAP. VII. Stupentibus ceteris, Hermolaüs: *Nos vero*, inquit, *quoniam, quasi neſcias, quæris; occidendi te consilium inivimus, quia non ut ingenuis imperare cœpiſti, ſed quasi in mancipia dominaris.* Primus ex omnibus pater ipsius Sopolis *parricidam etiam parentis ſui*

clamitans esse, consurgit; & ad os manu objecta, *ſcelere & malis insanientem*, *ultra* negat *audiendum*. Rex inhibito patre *dicere Hermolaüm* jubet, *quæ ex magiſtro didicisset Callisthene*.

» *Et Hermolaüs* ; Utor ; *inquit*, beneficio » tuo, & dico quæ noſtris malis didici. Quota » pars Macedonum ſævitiæ tuæ ſupereſt ? » Quotusquisque non e vilissimo ſanguine ? » Attalus, & Philotas, & Parmenio, & Lynceſtes » Alexander, & Clitus, quantum ad » hoſtes pertinet, vivunt, ſtant in acie, te » clypeis ſuis protegunt, & pro gloria tua, » pro victoria vulnera accipiunt : quibus tu » egregiam gratiam retuliſti. Alius mensam » tuam ſanguine ſuo aspersit : alius ne simplici » quidem morte defunctus eſt. Duces exercituum » tuorum in equuleum impositi, Persis » quos vicerant, fuere ſpectaculo. Parmenio » indicta causa trucidatus eſt, per quem Attalum » occideras. Invicem enim miserorum » uteris manibus ad expetenda ſupplicia : & » quos paulo ante miniſtros cædis habuiſti, » ſubito ab aliis jubes trucidari.

Obſtrepunt ſubinde cuncti Hermolao. Pater ſupremum ſtrinxerat ferrum percussurus haud dubie, ni inhibitus esset a rege : quippe Hermolaüm *dicere* jussit; petiitque *ut causas ſupplicii augentem patienter audirent*. Ægre ergo coërcitis, rursus Hermolaüs : » Quam liberaliter, *inquit*, pueris rudibus ad dicendum » ægre permittis ! at Calliſthenis vox carcere

vantage ce forcené, que l'horreur de ſon crime agitoit ; mais le Roi le faiſant retirer, commanda à Hermolaüs, *de dire hardiment ce qu'il avoit appris de ſon maître Calliſthenes.*

» Je me ſervirai donc, *dit Hermolaüs*, de la permission que vous me donnez, & je dirai ce que » j'ai appris à nos dépens, & par notre propre expérience. Combien nous reſte-t-il de Macédoniens déſormais qui aient échappé à votre cruauté ? Qui n'en a point ſenti les effets, je ne dirai » pas de la lie du peuple, mais des premiers hommes d'entre nous ? Attalus, Philotas, Parménion, Lynceſte & Clitus ſeroient aujourdhui » pleins de vie, s'ils n'avoient eu affaire qu'aux ennemis ; vous les verriez encore dans la mêlée » vous couvrir de leurs boucliers, combattre pour » votre gloire, & ſe charger de bleſſures pour vous » gagner des batailles. Aussi en ont-ils eu une belle » récompenſe : l'un a ſouillé votre table de ſon » ſang ; l'autre n'en a pas été quitte pour une simple mort. Vos Généraux d'armée ont été mis à la » torture, & ont ſervi de ſpectacle aux Perſes qu'ils » avoient vaincus ; & Parménion, par qui vous avez » fait tuer Attalus, a été maſſacré lui-même, ſans » aucune forme de procès ; car vous avez cette » louable coûtume de vous ſervir tour à tour des » mains des miſérables pour vous en défaire ; & » ceux qui ont été les miniſtres de vos meurtres, » ſont mis à mort par d'autres qui n'en doivent pas » moins attendre.

Alors il s'éleva un grand bruit dans l'aſſemblée contre Hermolaüs, & ſon pere même lui alloit paſſer l'épée à travers le corps, ſans le Roi qui commanda au fils de pourſuivre, & pria la compagnie *de ſe donner la patience d'écouter ce malheureux, qui ne faiſoit que combler la meſure de ſes crimes ;* & l'ayant obtenu avec peine, Hermolaüs reprit : » O ! quel excès de bonté, de laiſſer parler des enfants qui ne ſont que bégayer, pendant qu'on tient

» la voix de Callisthene captive, parce qu'il n'y a
» que lui qui sçache parler ! Car pourquoi ne le fai-
» re pas venir, puisque ceux mêmes qui ont tout
» confessé, sont entendus. C'est que vous appré-
» hendez le libre discours d'un homme de bien, &
» que vous ne sçauriez même en supporter le re-
» gard. Oui, je soutiens qu'il n'est point coupa-
» ble ; ceux qui ont fait cette glorieuse entreprise
» avec moi, sont ici. Pas un ne sçauroit dire que
» Callisthene y ait part, & toutesfois, il y a long-
» temps qu'il est destiné à la mort par le plus juste
» & le plus moderé de tous les Rois. Voilà les ré-
» compenses que reçoivent les Macédoniens, dont
» vous prodiguez le sang comme superflu, & qui
» ne vaut pas qu'on l'épargne. Vous faites marcher
» à votre suite trente mille mulets chargés d'or, du
» butin des ennemis, & vos soldats ne remportent
» chez eux que des blessures pour toute récompen-
» se. Nous avons cependant souffert tout cela, jus-
» qu'à ce que vous nous ayez livrés aux Barbares,
» & que par une nouvelle mode vous ayez fait pas-
» ser les victorieux sous le joug des vaincus. Rien
» ne vous plaît comme l'habit & la discipline des
» Perses, & vous n'avez aversion que pour les
» mœurs de votre pays. C'est donc le Roi de Perse
» que nous avons voulu tuer, & non-pas celui de
» Macédoine, & c'est par droit de guerre que nous
» vous poursuivons comme un déserteur & un ré-
» volté.

» Vous avez voulu que les Macédoniens aient
» fléchi le genou devant vous, & vous aient adoré
» comme un Dieu. Vous désavouez Philippe pour
» votre pere, & s'il y avoit quelqu'autre Dieu plus
» grand que Jupiter, vous désavoueriez même Ju-
» piter. Après cela, trouvez-vous étrange si des
» hommes libres ne peuvent supporter votre or-
» gueil ? Et que pouvons-nous attendre de vous,
» nous ayant réduits à ce point, ou de mourir in-
» nocents, ou ce qui est pire que la mort, de vivre

» inclusa eſt, quia ſolus poteſt dicere. Cur
» enim non producitur, cum etiam confessi
» audiuntur? nempe quia liberam vocem in-
» nocentis audire metuis, ac ne vultum qui-
» dem pateris. Atqui nihil eum fecisse conten-
» do. Sunt hic, qui mecum rem pulcherrimam
» cogitaverunt : nemo eſt, qui conscium fuiſ-
» ſe nobis Calliſthenen dicat; cum morti olim
» deſtinatus sit a juſtissimo & patientissimo re-
» ge. Hæc ergo ſunt Macedonum præmia,
» quorum ut ſupervacuo & ſordido abuteris
» ſanguine! At tibi xxx millia mulorum cap-
» tivum aurum vehunt, cum milites nihil do-
» mum præter gratuitas cicatrices relaturi sint.
» Quæ tamen omnia tolerare potuimus, ante-
» quam nos barbaris dederes, & novo more
» victores ſub jugum mitteres. Persarum te
» veſtis & disciplina delectat : patrios mores
» exosus es. Persarum ergo non Macedonum
» regem occidere voluimus; & te transfugam
» belli jure persequimur.

» Tu Macedonas voluiſti genua tibi pone-
» re, venerarique te ut Deum : Tu Philippum
» patrem aversaris, & si quis Deorum ante
» Jovem haberetur, faſtidires etiam Jovem.
» Miraris si liberi homines ſuperbiam tuam
» ferre non possumus? Quid ſperamus ex te,
» quibus aut insontibus moriendum eſt; aut
» quod triſtius morte eſt, in ſervitute viven-
» dum? Tu quidem, si emendari potes, mul-

» tum mihi debes. Ex me enim ſcire cœpiſti, » quod ingenui homines ferre non possunt. De » cetero parce, quorum orbam ſenectutem » ſuppliciis ne oneraveris. Nos jube duci, ut » quod ex tua morte petieramus, consequa- » mur ex noſtra «. Hæc Hermolaüs.

Cap. VIII. At rex : » Quam falsa sint, » *inquit*, quæ iſte tradita a magiſtro ſuo dixit, » patientia mea oſtendet. Confessum enim ul- » timum facinus, tamen ut vos quoque, non » ſolum ipse, audiretis, expressi; non impru- » dens, cum permisissem huic latroni dicere, » usurum eum rabie, qua compulsus eſt, ut » me, quem parentis loco colere debet, vellet » occidere. Nuper cum procacius ſe in vena- » tione gessisset; more patrio, & ab antiquiſ- » simis Macedoniæ regibus usurpato, eum » caſtigari jussi. Hoc & oportet fieri, & ut a » tutoribus pupilli, a maritis uxores, ſervis » quoque pueros hujus ætatis verberare con- » cedimus. Hæc eſt ſævitia in ipsum mea, » quam impia cœde voluit ulcisci. Nam in ce- » teros, qui mihi permittunt uti ingenio meo, » quam mitis sim, non ignoratis; & comme- » morare ſupervacuum eſt. Hermolao parrici- » darum ſupplicia non probari, cum eadem » ipse meruerit, minime hercule admiror. » Nam cum Parmenionem & Philotan laudat, » ſuæ ſervit causæ. Lynceſten vero Alexan- » drum bis insidiatum capiti meo a duobus

» dans la ſervitude ? S'il y a encore quelque eſpé-
» rance que vous vous corrigiez, avouez que vous
» m'avez beaucoup d'obligation ; car je ſuis le pre-
» mier qui vous ai appris comment les honnêtes gens
» veulent être traités. Au reſte, épargnez ceux à
» qui nous appartenons, & ne ſurchargez point de
» ſupplices leur vieilleſſe déja aſſez déſolée de la
» perte de leurs enfants. Pour nous, faites-nous
» mourir au plutôt, afin que nous obtenions par
» notre mort, ce que nous eſpérions par la vôtre.
Voilà ce que dit Hermolaüs, à quoi le Roi répondit :

CHAP. VIII. » Ma ſeule patience fait voir
» combien eſt faux ce qu'à dit cet impoſteur, inſ-
» truit de la bouche de ſon Maître. Et quoiqu'il eût
» déja confeſſé ſon crime, j'ai voulu qu'il l'avouât
» encore devant vous, & à deſſein je lui ai permis
» de parler, ſçachant qu'il s'emporteroit avec la
» même fureur qui le pouſſoit à m'aſſassiner, moi
» qu'il devoit chérir comme ſon pere. Vous ſçaurez
» que dernierement, comme j'étois à la chaſſe, il
» lui arriva de s'oublier, & je crus devoir le fai-
» re châtier, ſelon la coûtume du pays, & ce qui
» s'eſt pratiqué de tout temps par les Rois de Macé-
» doine. Il ſeroit bien étrange que nous n'euſſions
» pas le même pouvoir ſur cette jeuneſſe, que les
» tuteurs ont ſur leurs pupilles, les maris ſur leurs
» femmes, & que nous donnons même à nos eſcla-
» ves ſur les enfans de cet âge. Voilà la cruauté que
» j'ai exercée contre lui, dont il s'eſt voulu venger
» par un parricide : car pour les autres qui me met-
» tent dans le cas de ſuivre mon penchant naturel,
» vous ſçavez comme je ſuis indulgent, & il n'eſt
» pas beſoin de vous le dire. Il n'eſt pas ſurprenant
» si Hermolaüs n'approuve pas les ſupplices des
» parricides, puiſque lui-même les a mérités, ni
» s'il loue Philotas & Parménion ; car il défend ſa
» cauſe en celle d'autrui. Quand Lynceſtes fut ac-
» cuſé par deux témoins d'avoir voulu attenter à
» ma vie, je lui ai pardonné, & étant convain-

» cu par un troisiéme encore, j'ai differé sa punition durant deux ans, jusqu'à ce que vous-mêmes m'avez sollicité d'en faire justice. Pour Attalus, si vous vous le rappellez, il avoit déja machiné ma mort avant mon regne, & pour Clitus, plût à Dieu qu'il ne m'eût point poussé à bout ! mais vous sçavez comme il me traita, & que j'endurai de lui, ce qu'il n'eût pas si longtemps enduré de moi, si je l'eusse traité de même.

» La clémence des Princes & des Rois n'est pas toute entiere en leur disposition, elle dépend en partie de l'humeur des peuples ; car, enfin, c'est l'obéissance des sujets qui fait les bons Princes ; mais quand une fois on perd le respect, & que ceux qui doivent obéir, veulent commander, quel parti prendre, que celui d'opposer la violence à la violence ? Et dois-je être surpris qu'il m'accuse de cruauté, puisqu'il a bien le front de m'accuser d'avarice ? je ne vous prierai point, vous tous qui êtes ici présents, de l'en démentir, de peur de rendre ma libéralité odieuse, & d'offenser votre sensibilité. Mais considérez, je vous prie, toute l'armée en général ; ceux qui ne possédoient que leurs armes, couchent maintenant dans des lits d'argent, leur table n'est servie qu'en vaisselle d'or ; ils traînent des troupes d'esclaves après eux, & sont si chargés de butin, qu'ils ne sçavent qu'en faire. Mais les Perses que nous avons vaincus, sont en grand honneur auprès de moi ? & c'est en quoi je fais voir ma modération, de les traiter si favorablement. Je veux bien que l'on sçache que je ne suis pas venu en Asie pour exterminer les Nations, ni pour faire un désert de la moitié de la terre ; mais pour y regner de sorte, que les vaincus n'eussent point de regret à mes victoires. C'est ce qui fait qu'ils combattent avec vous, qu'ils répandent leur sang pour votre gloire, au lieu qu'une orgueilleuse

» indicibus liberavi : rursus convictum, per
» biennium tamen distuli : donec vos postula-
» retis, ut tandem debito supplicio scelus lue-
» ret. Attalum, antequam rex essem, hostem
» meo capiti fuisse meministis. Clitus utinam
» non coëgisset me sibi irasci. Cujus temera-
» riam linguam probra dicentem mihi & vo-
» bis diutius tuli, quam ille eadem me dicen-
» tem tulisset.

» Regum ducumque clementia, non in ip-
» sorum modo, sed etiam in illorum, qui pa-
» rent, ingeniis sita est. Obsequio mitigantur
» imperia : ubi vero reverentia excessit animis,
» & summa imis confundimus, vi opus est, ut
» vim repellamus. Sed quid ego mirer istum
» crudelitatem mihi objecisse ; qui avaritiam
» exprobrare ausus sit ? Nolo singulos ves-
» trûm excitare, ne invisam liberalitatem
» meam faciam, si pudori vestro gravem fe-
» cero. Totum exercitum aspicite : qui paulo
» ante nihil præter arma habebat, nunc ar-
» genteis cubat lectis ; mensas auro onerant ;
» greges servorum ducunt : spolia de hostibus
» sustinere non possunt. At enim Persæ, quos
» vicimus, in magno honore sunt apud me !
» equidem moderationis meæ certissimum in-
» dicium est ; quod ne victis quidem superbe
» impero. Veni enim in Asiam, non ut fundi-
» tus everterem gentes ; nec ut dimidiam par-
» tem terrarum solitudinem facerem ; sed ut
» illos quoque, quos bello subegissem, vic-
» toriæ meæ non pœniteret. Itaque militant

» vobiscum, pro imperio vestro sanguinem
» fundunt, qui superbe habiti rebellassent.
» Non est diuturna possessio, in quam gladio
» inducimur : beneficiorum gratia sempiterna
» est. Si habere Asiam, non transire volumus;
» cum his communicanda est nostra clemen-
» tia : horum fides stabile & æternum faciet
» imperium. Et sane plus habemus, quam ca-
» pimus. Insatiabilis autem avaritiæ est, ad-
» huc implere velle, quod jam circumfluit.

» Verumtamen eorum mores in Macedonas
» transfundo! In multis enim gentibus esse vi-
» deo, quæ non erubescamus imitari : nec
» aliter tantum imperium apte regi potest,
» quam ut quædam & tradamus illi, & ab iis-
» dem discamus. Illud pene dignum risu fuit,
» quod Hermolaüs postulabat a me, ut aver-
» sarer Jovem, cujus oraculo agnoscor. An
» etiam quid Dii respondeant, in mea potes-
» tate est? Obtulit nomen filii mihi : recipere
» ipsis rebus, quas agimus, haud alienum
» fuit. Utinam Indi quoque Deum esse me
» credant. Fama enim bella constant; & sæpe
» etiam, quod falso creditum est, veri vicem
» obtinuit. An me luxuriæ indulgentem puta-
» tis arma vestra auro argentoque adornasse?
» Assuetis nihil vilius hac videre materia, vo-
» lui ostendere, Macedonas invictos ceteris,
» nec auro quidem vinci. Oculos ergo primum
» eorum sordida omnia & humilia spectantium
» capiam; & docebo nos non auri aut argenti
» cupidos, sed orbem terrarum subacturos ve-

» domination les auroit soulevés. Ce qui n'est ap-
» puyé que sur la pointe de l'épée, ne peut pas long-
» temps demeurer debout ; mais les bienfaits obli-
» gent à une reconnoissance éternelle : si nous vou-
» lons faire la conquête, plutôt que le voyage de
» l'Asie, il faut les gagner par la douceur, leur af-
» fection est l'établissement le plus assuré de notre
» Empire. Aussi-bien, que ferions-nous autre cho-
» se ? nous regorgeons de biens, & quelle folie de
» verser toujours dans un vaisseau qui répand déja
» de tous côtés.

» On me reproche encore que j'introduis les
» mœurs des Barbares parmi les Macédoniens,
» c'est que je voi des choses en beaucoup de Na-
» tions, que nous ne devons point avoir honte d'i-
» miter, & il n'est pas possible de conduire un si
» grand Empire, sans leur communiquer quelque
» chose du nôtre, & prendre quelque chose du
» leur. Mais Hermolaus n'est-il pas admirable, de
» vouloir que je m'oppose à Jupiter quand il m'ap-
» pelle son fils, comme si les Dieux étoient en ma
» puissance, & qu'il fallût m'en faire un reproche.
» Il m'a honoré de ce nom, j'ai cru qu'en l'accep-
» tant, je favorisois le succès de mes affaires, & je
» souhaiterois que les Indiens aussi me crussent un
» Dieu ; car, à la guerre, tout dépend de la répu-
» tation, & souvent le mensonge autorisé n'a pas
» moins de force que la vérité. Penseriez-vous de
» même que ce fût par orgueil que j'eusse enrichi
» vos armes d'or & d'argent ? mon intention a été
» de vous rendre ces matieres-là viles, à force de
» vous les rendre communes, afin que les Macé-
» doniens ne se laissent point vaincre par l'or, eux
» qui sont invincibles en tout le reste. Je veux pre-
» mierement éblouir les yeux de ces peuples, qui
» ne s'attachent qu'aux choses basses & grossieres,
» & après, je leur ferai connoître que ce n'est point
» l'or ni l'argent qui nous attire, mais la conquête
» de tout le monde. Il est vrai qu'il n'a pas tenu à

» toi, parricide, de nous ravir cette gloire, & » qu'en ôtant la vie à ton Roi, tu n'aies asservi les » Macédoniens à ceux qu'ils ont vaincus. Mainte- » nant tu me conjures de faire grace à tes parents, » & à ceux de tes complices. La raison voudroit » que vous ne sçussiez point ce que j'ai résolu de » faire, afin de vous faire mourir avec plus de re- » gret, si cependant des ames si ingrates ont quel- » que sentiment pour leurs proches. Mais il y a » long-temps que j'ai aboli cette coûtume, d'en- » velopper les innocents avec les coupables, & vos » parents peuvent s'assurer que je leur conserverai » à tous le même rang qu'ils ont eu jusqu'ici. Quant » à Callisthene, qui te fait passer pour un grand » homme, parce que tu lui ressemble par le carac- » tere, je sçai pourquoi tu as tant d'envie qu'il ait » audience, c'est afin de me dire en face, & de- » vant toute cette compagnie, les mêmes injures » que tu m'as dites. Ce n'est pas que s'il eût été Ma- » cédonien, je ne l'eusse fait entrer avec toi, com- » me un Maître digne d'un tel disciple; mais étant » d'Olynthe, il n'est pas juste qu'il jouisse du mê- » me privilége.

Il congédia ensuite l'assemblée, & fit mettre les criminels entre les mains des Gardes, qui étoient de la même compagnie, & qui, pour se montrer fidéles au Roi, leur firent souffrir de cruels tourments avant leur mort. Callisthene même expira dans la torture, quoiqu'innocent de la conjuration; mais son humeur étoit peu complaisante & peu propre pour la Cour. De tout ce qui a terni la mémoire d'Alexandre, rien ne l'a rendu plus odieux aux Grecs que ce meurtre. Peu content de faire mourir un homme de grande probité, & d'un sçavoir éminent, qui l'avoit comme retiré du tombeau, lorsqu'il vouloit se tuer après la mort de Clitus, il le fit encore déchirer à la question, & tout cela, sans l'avoir entendu en ses défenses. Il est vrai qu'il s'en repentit, mais quand il n'étoit plus temps.

» nisse. Quam gloriam tu parricida intercipe-
» re voluiſti, & Macedonas rege ademto de-
» victis gentibus dedere. At nunc mones me,
» ut veſtris parentibus parcam! non oportebat
» quidem vos ſcire, quid de his ſtatuissem,
» quo triſtiores periretis, si qua vobis paren-
» tum memoria & cura eſt : ſed olim iſtum
» morem occidendi cum ſceleſtis insontes pro-
» pinquos parentesque ſolvi. Et profiteor in
» eodem honore futuros omnes eos, in quo
» fuerunt. Nam tuum Calliſthenen, cui uni
» vir videris, quia latro es, ſcio, cur produ-
» ci velis; ut coram his probra, quæ modo
» in me jeciſti, modo audiſti, illius quoque
» ore referantur. Quem, si Macedo esset, te-
» cum introduxissem; dignissimum te disci-
» pulo magiſtrum : nunc Olynthio non idem
» juris eſt.

Poſt hæc consilium dimisit, tradique damnatos hominibus, qui ex eadem cohorte erant, jussit. Illi ut fidem ſuam ſævitia regi approbarent, excruciatos necaverunt. Callisthenes quoque tortus interiit : initi consilii in caput regis innoxius; ſed haudquaquam aulæ & aſſentantium accommodatus ingenio. Itaque nullius cædes majorem apud Græcos Alexandro excitavit invidiam, quod præditum optimis moribus artibusque, a quo revocatus ad vitam erat, cum interfecto Clito mori perseveraret, non tantum occiderit, ſed etiam torſerit indicta quidem causa. Quam crudelitatem ſera pœnitentia consecuta eſt.

CAP. IX. Sed ne otium ferendis rumoribus natum aleret, in Indiam movit; femper bello quam poft victoriam clarior. India tota ferme fpectat Orientem, minus in latitudinem, quam recta regione fpatiosa. Quæ Auftrum accipiunt, in altius terræ faftigium excedunt; plana funt cetera, multisque inclytis amnibus Caucaso monte ortis placidum per campos iter præbent. Indus gelidior eft quam ceteri. Aquas vehit a colore maris haud multum abhorrentes. Ganges amnis ab ortu eximius ad Meridianam regionem decurrit, & magnorum montium juga recto alveo ftringit. Inde eum objectæ rupes inclinant ad Orientem. Utque Rubro Mari accipitur, findens ripas, multas arbores cum magna foli parte exforbet. Saxis quoque impeditus, crebro reverberatur, ubi mollius folum reperit, ftagnat insulasque molitur. Acesines eum auget. Ganges decursurum in mare intercipit: magnoque motu amnis uterque colliditur. Quippe Ganges asperum os influenti objicit; nec repercusfæ aquæ cedunt. Dyardenes minus celeber auditu eft, quia per ultima Indiæ currit: ceterum non crocodilos modo uti Nilus, fed etiam delphines ignotasque aliis gentibus belluas alit. Erymanthus crebris flexibus fubinde curvatus, ab accolis rigantibus carpitur. Ea causa eft, cur tenues reliquias jam sine nomine in mare emittat. Multis præter hos amnibus tota regio dividitur, fed ignobilibus, quia non adeo interfluunt.

CHA

CHAP. IX. Pour faire ceſſer les murmures que produit ordinairement l'oisiveté, il prit la route des Indes, toujours plus illuſtre dans la guerre, qu'après la victoire. Les Indes regardent, pour la plûpart, l'Orient, & ſont plus longues que larges. Du côté du midi ce n'eſt que collines, le reſte eſt un pays plein, arroſé d'une quantité de grandes rivieres qui tombent du mont Caucaſe, & qui ſont navigables. L'Indus eſt la plus froide de toutes, & la couleur de ſes eaux eſt peu différente de celle de la mer. Le Gange, déja grand dès ſa ſource, prend ſon cours vers le midi, & coule tout droit le long des montagnes, juſqu'à ce que rencontrant des rochers, il tourne vers l'Orient, & ſur le point de ſe décharger dans la mer rouge, il se déborde ſouvent, & entraîne des arbres, avec une partie du terroir. Preſque par-tout il eſt plein de pierres, qui font écumer ſes vagues avec un grand bruit; mais quand il trouve un terrein uni, il s'étend & forme des iſles. L'Acesine le groſsit proche de leur embouchure, & à la rencontre, ils s'entre-choquent avec impétuosité; le Gange le reçoit lorſqu'il eſt plus rapide, & l'autre ne le repouſſe pas avec moins de violence. Le Dyardene n'eſt pas si renommé, n'arroſant que les extrêmités des Indes, quoiqu'il nourriſſe non-ſeulement des crocodiles comme le Nil, mais aussi des dauphins, & des animaux inconnus aux autres Nations. L'Erimante va toujours ſerpentant, & eſt fort petit ſur la fin de ſon cours, parce que ceux du pays le partagent en plusieurs ruiſſeaux pour arroſer leurs terres. Outre tous ces fleuves, il y en a quantité d'autres, mais peu diſtingués, parce qu'ils ont fort peu d'étendue.

Les contrées maritimes ſont battues des vents du Septentrion, qui les rendent infertiles; mais celles qui ſont à couvert des montagnes, portent de beaux bleds & des fruits délicieux. Au reſte, la nature y a diſpoſé les ſaiſons, enſorte qu'ils ont l'hyver quand nous avons l'été, & au contraire; ſans qu'on ait pu juſqu'ici en ſçavoir la cauſe. La mer qui les environne ne differe point en couleu des autres; mais parce qu'elle a pris ſon nom du Roi Erythrus, les ignorants s'imaginent que ſe eaux ſont rouges. Il y croit quantité de lin, don la plûpart s'habillent; les arbres y ont l'écorce s tendre, qu'on écrit deſſus comme ſur de la cire Les oiſeaux y apprennent aiſément à parler, & i n'y a point d'animaux ſemblables aux nôtres, ſ l'on ne les y porte: on y nourrit des rhinocéros mais ils n'y naiſſent pas; les éléphants y ſont plu puiſſants que ceux qu'on domte en Afrique, & leur grandeur répond à leur force. Les rivieres portent de l'or, & coulent fort doucement, comme pour ne pas diſſiper ce riche gravier. La mer jette quantité de perles & de pierres précieuſes ſu ſes rivages, en quoi conſiſte leur plus grande richeſſe, ſur-tout depuis qu'ils ont fait paſſer leu vices parmi les étrangers; car ces excréments, do la mer ſe décharge, n'ont de prix que celui que l luxe leur donne.

Là, comme dans les autres pays, les eſprits de hommes tiennent du climat & de la ſituation d pays: ils portent de longues robes de lin qui leu viennent juſqu'aux talons, avec des ſandales au pieds, & une eſpéce de turban à la tête. Ceux qu la naiſſance ou les biens diſtinguent du commun ont des pendants d'oreilles de pierreries, & des br

Ceterum quæ propiora ſunt mari, aquilo-
:s maxime deurunt: ii cohibiti jugis mon-
ım ad interiora non penetrant, ita alendis
ıgibus mitia. Sed adeo in illa plaga mundus
ıtas temporum vices mutat, ut cum alia fer-
ıre ſolis exæſtuant, Indiam nives obruant:
rsusque ubi cetera rigent, illic intolerandus
tus exiſtat. Nec cur, ulli ſe naturæ causa in-
ssit. Mare certe, quo alluitur, ne colore
idem abhorret a ceteris. Ab Erythra Rege
litum eſt nomen: propter quod ignari ru-
:e aquas credunt. Terra lini ferax; unde
risque ſunt veſtes. Libri arborum teneri,
ıd ſecus quam chartæ literarum notas ca-
nt. Aves ad imitandum humanæ vocis ſo-
n dociles ſunt. Animalia inusitata ceteris
ıtibus, nisi invecta. Eadem terra & rhino-
otas alit, non generat. Elephantorum ma-
eſt vis, quam quos in Africa domitant; &
bus magnitudo respondet. Aurum flumina
unt, quæ leni modicoque lapsu ſegnes
as ducunt. Gemmas margaritasque mare
ıribus infundit. Neque alia illis major opu-
iæ causa eſt: utique poſtquam vitiorum
ımercium vulgavere in exteras gentes:
ıpe æſtimantur purgamenta æſtuantis freti
io quod libido conſtituit.

ngenia hominum sicut ubique, apud illos
ırum quoque situs format. Corpora usque
:s carbaso velant: ſoleis pedes, capita lin-
vinciunt. Lapilli ex auribus pendent; bra-
quoque & lacertos auro colunt, quibus

inter populares aut nobilitas aut opes eminet;
Capillum pectunt ſæpius, quam tondent. Me-
tum ſemper intonsum eſt : reliquam oris c-
tem ad ſpeciem levitatis exæquant. Regum t-
men luxuria, quam ipsi magnificentiam a-
pellant, ſupra omnium gentium vitia. Cu
rex ſane in publico conſpici patitur; turib-
la argentea miniſtri ferunt, totumque ite
per quod ferri deſtinavit, odoribus comple
Aurea lectica margaritis circumpendentib s
recubat : diſtincta ſunt auro & purpura carb-
ſa, quæ indutus eſt : lecticam ſequuntur -
mati corporiſque cuſtodes : inter quos ra s
aves pendent, quas cantu ſeriis rebus obſt-
pere docuerunt. Regia auratas columnas -
bet : totas eas vitis auro cælata percurr ,
aviumque, quarum viſu maxime gaudent, -
genteæ effigies opera diſtinguunt. Regia -
euntibus patet, cum capillum pectit atqe
ornat; tunc responsa legationibus, tunc j a
popularibus reddit. Demtis ſoleis, odorib s
illinuntur pedes. Venatus maximus labor e ,
inclusa vivario animalia inter vota cantusqe
pellicum figere.

Binûm cubitorum ſagittæ ſunt, quas em-
tunt majore nixu quam effectu. Quippe telu ,
cujus in levitate vis omnis eſt, inhabili pon-
re oneratur. Breviora itinera equo confic :
longior ubi expeditio eſt, elephanti vehut
currum; & tantarum belluarum corpora t a
contegunt auro. Ac ne quid perditis mori is
desit, lecticis aureis pellicum longus ordo -

:elets d'or ; ils ne se font pas raser souvent, mais ls sont fort curieux de leurs cheveux, & d'avoir a tête belle ; ils laissent croître la barbe sans jamais la couper, & rasent le poil du reste du visage. Le luxe de leurs Rois, qu'ils appellent magnificence, passe tous les excès des autres peuples e la terre. Quand le Roi se laisse voir en public, es Officiers portent des encensoirs d'argent devant ui, & parfument tous les chemins par où il passe : est couché dans une litiere d'or garnie de perles, ui pendent de tous côtés, & vêtu d'une robe de lin rochée d'or & de pourpre : sa litiere est suivie de s Gendarmes & de ses Gardes, dont plusieurs portnt des branches d'arbres pleines d'oiseaux, qu'ils nt appris à chanter toutes sortes de ramages, pour divertir dans ses plus grandes affaires. Son palais t enrichi de colonnes dorées, où rampe tout du ng une vigne d'or, avec des figures d'oiseaux fais d'argent, n'y ayant rien qui leur donne tant de aisir comme leurs oiseaux bigarés de diverses couurs. La maison du Roi est ouverte à tous ceux qui présentent, & pendant qu'on le peigne, il donne idience aux Ambassadeurs, & rend justice à ses uples. Après qu'on lui a ôté ses sandales, il se fait ndre les pieds de précieuses odeurs. Le plus grand ercice qu'il fasse, est de tuer à coups de fléche elque bête dans un parc, au milieu de ses concunes, qui chantent durant ce temps, & font des eux afin que sa chasse soit heureuse.

Leurs fléches ont deux coudées de long, & se tint avec beaucoup d'efforts & peu d'effet, parce e n'ayant de force qu'autant qu'elles sont légè-, la pesanteur de celles-ci les rend inutiles. uand il ne va pas loin, il monte à cheval ; mais and le voyage est long, il se fait traîner par des phants sur un char, & ces grands corps sont tout rdés ou caparaçonnés d'or. Afin que rien ne mane à ces déréglements, il se fait suivre par une lon- troupe de courtisanes dans des litieres d'or. Ce

train eſt ſéparé de celui de la Reine ; mais il ne cède point en pompe ni en équipage. Ce ſont femmes qui apprêtent à manger au Roi, & qui verſent du vin, dont tous les Indiens boivent e cessivement, & quand il en a trop pris, & qu'il endormi, ſes concubines l'emportent en ſa chai bre, invoquant les Dieux de la nuit avec des hyı nes à la façon du pays.

Qui croiroit que parmi tant de vices, on fît qu que cas de la philoſophie ? cependant il s'y trou une eſpéce de gens hideux & farouches, qu'ils a pellent *Sages*, qui font gloire de prévenir la mo & ſe font brûler tout-vifs : ils tiennent qu'il eſt ho teux de l'attendre en un âge caduc, ou dans l' commodité des maladies ; auſſi ne rendent-ils a cun honneur aux perſonnes qui ne meurent que vieilleſſe, & croient profaner le feu de leur bûch s'il ne les reçoit en vie. Ceux qui vivent dans villes & dans la ſociété publique, obſervent le mo vement des aſtres, & prédiſent l'avenir ; mais croient que perſonne ne ſe donne la mort, pour n'avoir pas le courage de l'attendre. Au reſ ils ſe forment des Divinités à leur fantaisie, & a rent principalement les arbres, qu'il leur eſt déf du de violer, ſous peine de la vie. Ils ne comp ſent leurs mois que de quinze jours ; mais leur a née eſt complette comme la nôtre : ils marqu le temps par le cours de la lune, non-pas cep dant comme les autres peuples, par ſa révolut entiere, car ils comptent un mois depuis la nouve lune, jusqu'à ce qu'elle ſoit pleine, & un au mois depuis qu'elle eſt en ſon plein juſqu'à ſon faut ; de ſorte que du croiſſant & du décours de aſtre, ils font deux mois, au lieu que les aut n'en font qu'un. On en rapporte encore beauco d'autres choſes que j'omets, pour ne point int rompre le cours de l'hiſtoire.

Chap. X. Alexandre étant entré dans les I des, tous les petits Rois de ces contrées vinrent a

quitur : ſeparatum a reginæ ordine agmen eſt, æquatque luxuria. Feminæ epulas parant. Ab iisdem vinum miniſtratur, cujus omnibus Indis largus eſt usus. Regem mero ſomnoque ſopitum in cubiculum pellices referunt, patrio carmine noctium invocantes Deos.

Quis credat inter hæc vitia curam esse ſapientiæ ? Unum agreſte & horridum genus eſt, quos ſapientes vocant. Apud hos ocupare fati diem pulchrum ; & vivos ſe cremari jubent, quibus aut ſegnis ætas, aut incommoda valetudo eſt : exspectatam mortem pro dedecore vitæ habent. Nec ullus corporibus, quæ ſenectus ſolvit, honor redditur : inquinari putant ignem, nisi qui ſpirantes recipit. Illi, qui in urbibus publicis moribus degunt, ſiderum motus ſcite ſpectare dicuntur, & futura prædicere. Nec quemquam admovere letidiem credunt, cui exspectare interrito liceat. Deos putant quidquid colere cœperunt ; arbores maxime, quas violare capitale eſt. Menses in quinos denos descripserunt dies. Anni plena ſpatia ſervant. Lunæ cursu notant tempora, non ut plerique, cum orbem sidus implevit ; ſed cum ſe curvare cœpit in cornua. Et idcirco breviores habent menses, qui ſpatium eorum ad hunc lunæ modum dirigunt. Multa & alia traduntur, quibus morari ordinem rerum, haud ſane operæ videbatur.

CAP. X. Igitur Alexandro fines Indiæ ingresso gentium ſuarum reguli occurrerunt,

imperata facturi; *illum tertium Jove genitum a ipsos pervenisse* memorantes; *Patrem Liberum atque Herculem fama cognitos esse: ipsum coram adesse, cernique.* Rex benigne exceptos sequi jussit, iisdem itinerum ducibus usurus. Ceterum cum amplius nemo occurreret; Ephæstionem & Perdiccan cum copiarum parte præmisit ad subigendos, qui aversarentur imperium: jussitque ad flumen Indum procedere & navigia facere, quîs in ulteriora transportari posset exercitus. Illi quia plura flumina superanda erant, sic junxere naves, ut solutæ plaustris vehi possent, rursusque conjungi. Post se Cratero cum phalange jusso sequi equitatum ac levem armaturam eduxit; eosque, qui occurrerant, levi prælio in urbem proximam compulit.

Jam supervenerat Craterus. Itaque ut principio terrorem incuteret genti nondum arma Macedonum expertæ; præcipit *ne cui parceretur*, munimentis urbis, quam obsidebat, incensis. Ceterum dum obequitabat mœnibus sagitta ictus est. Cepit tamen oppidum, & omnibus incolis ejus trucidatis etiam in tecta sævitum est. Inde domita ignobili gente, ad Nysam urbem pervenit. Forte castris ante mœnia ipsa in silvestri loco positis, nocturnum frigus vehementius quam alias horrore corpora affecit, opportunumque remedium ignis oblatum est. Cæsis quippe silvis flammam excitaverunt: quæ igni alita oppidanorum sepulchra comprehendit. Vetusta cedro

devant de lui ſe ranger ſous ſon obéiſſance ; ils diſoient, *qu'il étoit le troisiéme fils de Jupiter, qui étoit venu en leur pays ; qu'ils n'avoient connu Bacchus ni Hercule que par la renommée, mais que pour lui, ils le voyoient, & jouiſſoient de ſa préſence*. Le Roi les ayant reçus fort humainement, leur commanda de l'accompagner, & de lui ſervir de guide, & comme perſonne ne ſe préſentoit plus, il envoya Epheſtion & Perdiccas avec une partie de ſes troupes, pour réduire ceux qui n'obéiroient pas, avec ordre d'aller juſqu'au fleuve Indus, & de faire faire des bateaux pour paſſer l'armée : voyant qu'il falloit traverſer plusieurs rivieres, il les fit conſtruire enſorte, qu'on les pouvoit démonter, & en charger les pieces ſur des chariots, & les raſſembler. Ayant commandé à Cratere de le ſuivre avec la phalange, il ſe mit devant à la tête de la cavalerie, & des plus lègèrement armés, & marcha juſqu'à la prochaine ville en eſcarmouchant ceux qui avoient eu la hardieſſe de le venir combattre.

Cratere étoit déja arrivé, & le Roi, pour donner d'abord de la terreur à ce peuple, qui n'avoit point encore éprouvé les armes des Macédoniens, ordonna, *qu'on mit le feu aux fortifications, & qu'on fît tout paſſer au fil de l'épée ;* mais comme il faiſoit le tour des murailles à cheval, il fut bleſſé d'un coup de flèche, qui ne l'empêcha pas de prendre la ville, où l'on ne pardonna pas même aux maiſons. Après avoir domté ces gens ſans renom, il marcha vers la ville de Niſe, & vint camper aſſez près des murs, dans une forêt qui en déroboit la vue à ſes troupes. Cependant, la nuit il ſe leva un si grand froid, qu'ils n'en avoient jamais ſenti de ſemblable ; mais ils furent heureux d'avoir le reméde en main, car ils couperent du bois, & allumerent de grands feux, dont les étincelles volerent juſqu'aux ſépulcres des habitants : comme ils étoient bâtis de vieux cédres, le feu y prit aussi-tôt, & ſa

flamme répandue de toutes parts, les consuma entierement. Alors on entendit abboyer des chiens dans la ville, & s'élever un bruit par les rues, ce qui fit connoître aux habitants que l'ennemi n'étoit pas loin, & à l'ennemi, que la ville étoit proche.

Comme le Roi s'avançoit, les assiégés tenterent une sortie, où ils furent si maltraités, que la division se mit parmi eux, les uns étant d'avis de se rendre, & les autres de tenir bon. Le Roi l'ayant sçu, se contenta de les bloquer, sans leur faire autre mal, jusqu'à ce que lassés d'un long siége, ils se rendissent à discrétion. Ils disoient que leur ville avoit été bâtie par Bacchus, & en effet ils en descendoient. Elle est située au pied d'une montagne, que ceux du pays appellent *Meros*, d'où les Grecs ont inventé la fable, *que Bacchus étoit sorti de la cuisse de Jupiter*. Alexandre ayant appris des habitants l'assiete de ce mont, y fit porter des vivres, & monta sur le sommet avec toute son armée. Les côteaux sont tout revêtus de vignes & de lierre, & tout y est plein de sources : il y a de toutes sortes d'arbres fruitiers, & la terre y produit du bled d'elle-même, sans être ensemencée que du grain qui y tombe par hazard. Il y croît aussi des lauriers avec leur fruit, & la plûpart de ces rochers sont couverts de bois.

Je crois que ce ne fut point par une inspiration divine, mais plutôt par un esprit de dissipation, que les troupes se mirent à cueillir du pampre & du lierre, & s'en firent des guirlandes, courant çà & là par la forêt, comme épris d'une fureur bachique. Les monts & les vallées retentissoient des voix de tant de milliers d'hommes qui adoroient le Dieu tutélaire de ce bois. Ceci commença seulement par quelques-uns de la troupe, & comme c'est l'ordi-

facta erant, conceptumque ignem late fudere; donec omnia solo æquata sunt. Et ex urbe primum canum latratus, deinde etiam hominum fremitus auditus est. Tum & oppidani hostem; & Macedones ipsos ad urbem venisse cognoscunt.

Jamque rex eduxerat copias, & mœnia obsidebat; cum hostium, qui discrimen tentaverant, obruti telis sunt. Aliis ergo deditionem; aliis pugnam experiri placebat; quorum dubitatione comperta circumsideri tantum eos, & abstineri cædibus jussit. Tandemque obsidionis malis fatigati dedidere se. A Libero patre conditos se esse dicebant; & vera hæc origo erat. Sita est sub radicibus montis, quem Meron incolæ appellant. Inde Græci mentiendi traxere licentiam, *Jovis femine Liberum patrem esse celatum.* Rex situ montis cognito ex incolis, cum toto exercitu, præmissis commeatibus, verticem ejus ascendit. Multa hedera vitisque toto gignitur monte; multæ perennes aquæ manant. Pomorum quoque varii salubresque succi sunt, sua sponte fortuitorum seminum fruges humo nutriente. Lauri baccæque & multa in illis rupibus agrestis est silva.

Credo equidem non divino instinctu, sed lascivia esse provectos, ut passim hederæ ac vitium folia decerperent, redimitique fronde toto nemore similes Bacchantibus vagarentur. Vocibus ergo tot millium, præsidem nemoris ejus Deum adorantium, juga montis collef-

que resonabant; cum orta licentia a paucis, ut fere fit, in omnes se repente vulgasset. Quippe velut in media pace, per herbas congestamque frondem prostraverant corpora. Et rex fortuitam licentiam non aversatus, large ad epulas omnibus præbitis, per decem dies Libero Patri operatum habuit exercitum. Quis neget eximiam quoque gloriam sæpius fortunæ, quam virtutis esse beneficium? quippe ne epulantes quidem, & sopitos mero aggredi ausus est hostis, haud secus Bacchantium ululantiumque fremitu perterritus, quam si præliantium clamor esset auditus. Eadem felicitas ab Oceano revertentes temulentos comessantesque inter ora hostium texit.

Hinc ad regionem, quæ Dœdala vocatur, perventum est. Deseruerant incolæ sedes, & in avios silvestresque montes confugerant. Ergo Acadera transit, æque usta & destituta incolentium fuga. Itaque rationem belli necessitas mutavit. Divisis enim copiis pluribus simul locis arma ostendit; oppressique, & qui exspectaverant hostem, omni clade perdomiti sunt. Ptolemæus plurimas urbes; Alexander maximas cepit: rursusque, quas distribuerat, copias junxit. Superato deinde Choaspe amne Cœnon in obsidione urbis opulentæ, Beziram incolæ vocant, reliquit. Ipse ad Mazagas venit. Nuper Assacano, cujus regnum fuerat, demortuo; regioni urbique præerat mater ejus Cleophes. Triginta millia peditum tuebantur urbem, non situ solum, sed etiam

naire, tous les autres ſuivirent après, ſe roulant ſur l'herbe & ſur les feuillages qu'ils avoient amaſſés, comme s'il euſſent été en pleine paix. Cette ſaillie ne déplut pas au Roi, qui, au contraire, leur fournit largement dequoi faire bonne chere, & fut bien-aiſe de voir ſon armée occupée durant dix jours au ſervice de Bacchus. Qui pourra nier que la gloire même la plus ſublime, ne ſoit un ouvrage de la fortune, plus ſouvent que de la vertu? puiſque l'ennemi n'eut jamais le cœur de les attaquer ainsi ivres; mais fut aussi effrayé des huées & des hurlements de ces ivrognes, que s'il eût entendu les cris des ſoldats allant au combat. Ce fut encore ce même bonheur qui les garantit au retour de l'Océan, parmi les débauches où ils ſe plongerent.

Enſuite il donna congé à quantité de vieux ſoldats, renvoya tous ceux qui étoient inutiles à la guerre, & donna aussi la permission de ſe retirer à quelques-uns de ſes plus anciens favoris. Clitus, ſurnommé le Blanc, Gorgias, Polydamas & Antigenes furent de ce nombre. Lorſqu'ils furent prêts de partir, non-ſeulement il leur paya exactement toutes les ſoldes qu'il leur devoit, mais il donna un talent à chaque ſoldat pour ſon voyage. Il voulut qu'ils laiſſaſſent auprès de lui tous les enfants qu'ils avoient eus des femmes de l'Asie, dont on dit que le nombre montoit jusqu'à dix mille, & ne voulut pas qu'ils les emmenaſſent, de peur que quand ils ſeroient avec leurs premieres femmes & leurs premiers enfants, les autres qui ſe mêleroient avec eux, ne rempliſſent les familles de division & de diſcorde : au reſte, il leur promit qu'il auroit ſoin de les faire élever ſuivant la coûtume du pays, & de les faire inſtruire dans la milice. Ainsi il congédia plus de douze mille vieux ſoldats, & leur donna pour les conduire Cratere, l'un de ſes plus chers favoris, avec ordre d'obéir à Polypercon, si Cratere venoit à mourir. Il écrivit aussi à Antipater, & lui manda, *Qu'il vouloit que les vieux ſoldats reçuſſent des honneurs particuliers ; que toutes les fois qu'on feroit des jeux ou d'autres ſpectacles publics, ils y paruſſent couronnés aux premieres places ; & que quand ils ſe-*

eſt. Digna tamen res visa eſt, quæ majoribus hoſtiis expiaretur. Itaque ſacrificio magnifice perpetrato, Macedonum simul Persarumque primores invitavit ad epulas. Novem millia eo convivio excepisse, proditum eſt memoriæ, eosque omnes invitante rege ex eodem cratere libavisse, Græcis barbarisque vatibus, tum alia fauſta vota præeuntibus, *Tum imprimis ut ea utriusque imperii in idem corpus coalita ſocietas perpetua foret.*

Maturata deinde eſt missio, & infirmissimus quisque exauctorati. Amicorum quoque ſeniorum quibusdam commeatum dedit. Ex quibus Clitus cognomento Albus, Gorgiasque & Polydamas, & Antigenes fuere. Abeuntibus non modo præteriti temporis ſtipendia cum fide persolvit, verum etiam talentum adjecit in singulos milites, viatici nomine. Filios ex Asiaticis uxoribus ſusceptos (ad decem millia fuisse traditur) apud ſe relinqui jussit, ne in Macedoniam cum parentibus transgressi, & conjugibus liberisque prioribus permixti familias singulorum contentionibus & discordiis implerent : sibi curæ fore pollicitus, ut patrio more inſtituti militiæ artes edocerentur. Ita ſupra decem veteranorum millia dimissa ſunt ; additusque eſt Craterus, qui eos deduceret, ex præcipuis regis amicis. Iſti si quid humanitus contigisset, Polyperchonti parere jussi ſunt. Literis etiam ad Antipatrum ſcriptis, *honorem emeritis ha-*

beri præcepit, *ut quoties ludi atque certamina ederentur, in primis ordinibus coronati spectarent; utque fato functorum liberi, etiam impuberes, in paterna stipendia succederent. Craterum Macedoniæ continentibusque regionibus cum imperio præesse* placuit; *Antipatrum cum supplemento juniorum Macedonum ad regem pergere.*

Verebatur enim ne per discordiam præfecti cum Olympiade gravis aliqua clades acciperetur. Nam multas ad Alexandrum epistolas Mater, multas Antipater miserat; vicissimque alter alterum arroganter & acerbe pleraque facere criminabantur, quæ ad dedecus, aut detrimentum regiæ majestatis pertinerent. Postquam enim rumor occisi regis temere vulgatus in Macedoniam penetravisset, mater ejus sororque Cleopatra tumultuatæ fuerant; & hæc quidem paternum regnum, Olympias Epirum invaserat. Forte dum ejusmodi literæ redduntur, Ephæstion assuetus omnium arcanorum se participem haberi, resignatas ab Alexandro simul inspiciebat. Neque vetuit eum rex; sed detractum digito annulum ori legentis admovit, nihil eorum quæ perscripta essent, in alios efferendum significans. Incusasse autem ambos fertur, & matris insolentia permotum exclamasse, eam pro habitatione decem mensium, quam in utero sibi præbuisset, gravem mercedem exigere: Antipatrum vero suspectum habuisse, quasi parta ex Spartanis victoria tollentem animos, & imperio tot jam in annos prorogato supra præfecti mo-

roient morts, leurs enfans mêmes qui n'auroient pas encore quatorze ans, reçussent les soldes de leurs peres. Il voulut que Cratere eût le gouvernement de la Macédoine & des pays contigus, & qu'Antipater le vînt trouver avec un renfort de jeunes soldats Macédoniens.

Il appréhendoit quelque désordre de la mauvaise intelligence d'Olympias & d'Antipater. En effet, Olympias & Antipater avoient souvent écrit à Alexandre; & l'un accusoit l'autre de faire par orgueil & par cruauté une infinité de choses qui étoient au désavantage & au deshonneur de la Majesté Royale. Depuis que le bruit de la mort du Roi se fut répandu dans la Macédoine, sa mere, & Cléopatre sa sœur, avoient excité des troubles: car Cléopatre s'étoit emparé du Royaume de son pere, & Olympias de l'Epire. Un jour, lorsqu'on eut rendu leurs lettres à Alexandre, & qu'il les eut ouvertes pour les lire, Epheſtion qui avoit coûtume d'entrer avec lui en confidence de tous ses secrets, les lut à mesure qu'il les lisoit, & le Roi ne l'en empêcha pas; mais il tira en même-temps de son doigt l'anneau qui lui servoit de cachet, & le mit sur la bouche d'Epheſtion, comme pour lui dire qu'il se gardât de publier ce qu'il avoit vu dans ces lettres. On rapporte qu'il ne put s'empêcher de se plaindre d'Olympias & d'Antipater; qu'il s'écria, comme irrité de l'humeur impérieuse de sa mere, *qu'elle lui demandoit un trop grand salaire pour l'avoir logé dix mois dans son ventre;* & l'on dit qu'Antipater lui étoit devenu suspect depuis la victoire qu'il avoit remportée sur les Lacédémoniens, comme s'il en eût conçu des espérances plus hautes, & qu'il se

fût élevé au-dessus de la condition d'un Gouverneur, par la continuation de la puissance qu'on lui avoit si long-temps laissée. Lorsque quelques-uns louoient un jour devant lui l'intégrité d'Antipater, il leur répondit, *qu'il paroissoit blanc au-dehors; mais que si on le regardoit au-dedans, il paroîtroit tout de pourpre:* cependant il dissimula ses soupçons, & ne donna point de marque plus visible & plus manifeste qu'il eût pour lui de l'aversion.

La plûpart ont cru qu'Antipater s'imaginant qu'on le mandoit pour le punir, avoit formé l'éxécrable projet de la mort du Roi, qui arriva quelque-temps après. Cependant le Roi choisit les meilleurs hommes d'entre les Perses, afin de remplir son armée, & les mit parmi les troupes Macédoniennes. Il fit choix de mille Perses pour la garde de son corps, & voulut qu'une bande de piquiers qui n'étoient pas moins de dix mille, fit la garde à l'entour de son pavillon. Sur ces entrefaites Peucestes le vint trouver avec vingt mille hommes, archers & frondeurs, qu'il avoit amassés dans sa Province; & lorsque le Roi les eut distribués dans son armée, il partit de Suze, traversa le Tygre, & alla camper auprès de la ville de Carrhes. De-là ayant mené ses troupes par le pays de Settacene, il arriva en quatre journées à Sambane, où il fit reposer durant sept jours son armée; & ayant fait trois jours de chemin, il se rendit à Célones.

C'étoit une ville habitée par un peuple qui vient de la Béotie, & que Xerxés fit autrefois passer dans l'Orient, après lui avoir fait quitter son pays. Il gardoit encore dans son langage particulier, qui étoit presque tout composé de mots Grecs, quelque chose de son origine; mais il se servoit de la

lum elatum. Itaque cum ejus gravitas atque integritas a quibusdam prædicaretur; ſubjecit, exterius quidem album videri, ſed si penitus introspiciatur, totum esse purpureum. Pressit tamen ſuspicionem ſuam, neque ullum manifeſtius abalienati animi indicium prætulit.

Credidere tamen plerique, Antipatrum vocari ſe ſupplicii causa ratum, impiis machinationibus, regiæ mortis, quæ paulo poſt ſecuta eſt, auctorem exſtitisse. Interea rex ut imminuti exercitus detrimenta ſarciret, optimum quemque Persarum in Macedonicos ordines allegit: mille etiam præſtantissimos ſegregavit ad propiorem ſui corporis cuſtodiam: iam haſtatorum manum, haud pauciores decem millibus, circa regium tabernaculum excubias agere jussit. Hæc agenti Peuceſtes ſupervenit cum viginti ſagittariorum funditorumque millibus, quos ex ſua provincia coëgerat. His per exercitum diſtributis profectus et Susis, Tigrique amne transmisso, apud Carrhas caſtrametatus eſt; inde quatriduo per Sittacenen ductis copiis Sambana processit; ubi per ſeptem dies quietum agmen tenuit. Tridui deinde itinere emenso Celonas perventum eſt.

Oppidum hoc tenent Bœotia profecti, quos Xerxes ſedibus ſuis excitos in Orientem tranſtulit: ſervabantque argumentum originis peculiari ſermone, ex Græcis plerumque voci-

bus conſtante; ceterum ob commerciorum n
cessitatem finitimorum barbarorum lingua ut
bantur. Inde Bagiſtanen ingressus eſt, regi
nem opulentam, & abundantem arborum amc
no & fecundo fœtu, ceterisque ad vitæ nc
usum modo, verum etiam delectationem pert
nentibus. Gravis inter hæc Eumeni cum Ephæ
ſtione simultas inciderat. Nam ſervos Eumer
diversorio, quod pro hero ſuo anteceperan
Ephæſtio proturbavit, ut Evius tibicen eo r
ciperetur. Neque diu poſt, cum jam ſopi
odia viderentur, nova exorta contentione ad
recruduerunt, ut etiam in atrox jurgium,
acerba utrimque convicia prorumperent. S
Alexandri interventu imperioque inimiciti
ſaltem in ſpeciem abolitæ ſunt: cum ille qu
dem Ephæſtioni etiam minatus esset, qui
flagrantissima regis gratia positus, quanqua
cupidum conciliationis Eumenem pertinaci
aversabatur. Perventum deinde eſt in Medi
campos, ubi maxima equorum armenta pa
cebantur. Nisæos appellant, magnitudine
ſpecie insignes. Supra quinquaginta millia i
reperta, cum Alexander eo transiret, a com
tibus illius annotatum eſt: olim triplo plur
fuisse; ſed inter bellorum turbas maxima
eorum partem prædones abegisse.

Ad triginta dies ibi ſubſtitit rex. Eo Atr
pates Mediæ ſatrapa centum barbaras muli
res adduxit, equitandi peritas, peltisque
ſecuribus armatas: unde quidam crediderui
Amazonum ex gente reliquias fuisse. Sep

angue des Barbares, à cause de la nécessité du commerce. De-là Alexandre entra dans la Bagistane qui st un pays riche, & abondant en toutes sortes d'arres & de fruits, non-seulement pour l'usage de la ie, mais encore pour le plaisir & pour les délices. Cependant Eumenes & Epheſtion avoient eu ensemble querelle, parce que pour loger un joueur 'instruments que l'on appelloit Evius, Epheſtion voit fait sortir par force les gens d'Eumenes du logis qu'ils avoient retenu pour leur Maître. Quelque-temps après, lorsqu'il sembloit que cette querelle fût appaisée, elle se renouvella de telle sorte, ue l'on en vint de part & d'autre à des reproches & des injures sanglantes. Mais enfin, par l'arrivée & ar le commandement d'Alexandre, leurs inimitiés esserent pour le moins en apparence ; & même le Roi en menaçant Epheſtion, qui étant dans sa plus rande faveur, en témoignoit plus d'aversion conre Eumenes, qui vouloit se réconcilier. Ensuite on rriva dans les campagnes de la Médie, où l'on éleoit quantité de ces chevaux que l'on appelloit Niéens, & qui étoient par-tout renommés par leur randeur & leur beauté. Ceux qui accompagnoient Alexandre ont remarqué que lorsqu'il passa par ce ieu, on y en trouva plus de cinquante mille, qu'auaravant il y en avoit trois fois davantage, mais ue pendant les désordres des guerres, les voleurs n avoient pris la plus grande partie.

Le Roi y demeura un mois entier, & cependant Atropates Satrape de la Médie, lui amena cent emmes Barbares qui sçavoient fort bien aller à heval, & qui étoient armées de boucliers & de haches; ce qui a fait croire à quelques-uns que c'étoit n reste de la Nation des Amazones. De-là, après

ſept journées de chemin il arriva à Ecbatane, qui eſt la capitale de la Médie : il y fit des ſacrifices ſolemnels, il y donna des jeux publics, & y délaſſa ſon eſprit en feſtins, & en autres divertiſſements, afin de le porter enſuite comme plus frais & plus fort, à de nouveaux ſoins & à de nouvelles occupations. Mais tandis qu'il formoit ces projets, la deſtinée comme ayant jetté ſur lui la main, l'entraîna d'un autre côté, & ôta du monde l'un de ſes plus grands favoris, & bientôt après le Roi même.

En effet, comme il regardoit quelques enfants qui s'exerçoient à la courſe, on lui vint dire qu'Epheſtion ſe mouroit ; car il y avoit déja ſept jours qu'il étoit malade, & ſa maladie étoit venue d'un excès de bouche. Il ſe leva aussi-tôt, affligé de la perte de ſon favori, & alla promptement le trouver ; mais quand il arriva, Epheſtion étoit mort. Il eſt conſtant que de tous les maux qu'Alexandre reçut en toute ſa vie, il n'y en eut point qui le toucha davantage que cette mort, & que s'abandonnant aux larmes, & ſe laiſſant vaincre par la force de la douleur, il donna beaucoup de marques que ſon eſprit si grand & si fort, étoit hors de ſon assiete. Mais si l'on parle diverſement de cet événement, au moins tout le monde demeure d'accord, que pour lui faire des obſeques plus magnifiques, il ne voulut pas qu'il fût inhumé à Ecbatane, mais qu'il chargea Perdiccas de faire porter le corps à Babylone, où il devoit bientôt aller ; & que par une magnificence inouïe, il lui fit faire des funérailles qui revenoient à douze mille talents.

Il voulut qu'il fût pleuré par tous les pays de ſa domination ; & afin que les gens de guerre n'en perdiſſent pas la mémoire, il ne mit point d'autre Capitaine dans ſa compagnie des Gendarmes, & voulut qu'elle s'appellât la cornette d'Epheſtion, & qu'on ne changeât point les enſeignes qu'il y avoit établies. Comme il ſe propoſoit, pour mieux hono-

tis deinde castris Ecbatam attigit, Mediæ caput. Ibi solemnia Diis sacrificia fecit; ludosque edidit, & in convivia festosque dies laxavit animum, ut mox in novorum operum curam atque ministeria validior intenderetur. Sed ista volventem, velut injecta manu, fatum alio traxit, vitamque carissimo amicorum ejus, neque multo post, ipsi quoque regi extorsit. Pueros in stadia certantes spectabat; cum nuntiatur deficere Ephæstionem, qui morbo ex crapula contracto, septimum jam diem decumbebat. Exterritus amici periculo statim consurgit, & ad hospitium illius celeriter pergit: neque tamen prius eo pervenit, quam illum mors occupasset. Id regi omnium quæ in vita pertulerat adversorum luctuosissimum accidisse certum habetur: eumque magnitudine doloris in lacrymas & lamenta victum, multa animi de gradu dejecti argumenta edidisse. Sed ea quidem varie traduntur; illud inter omnes constat, ut quam decentissimas exequias ei duceret, non voluisse Ecbatanis sepeliri; sed Babylonem, quo ipse concessurus erat, a Perdicca deferri curasse: ibique funus inaudito antehac exemplo duodecim talentûm millibus locavisse.

Per universum certe imperium lugeri eum jussit: & ne memoria ejus in exercitu exolesceret, equitibus, quibus præfuerat, nullum præfecit ducem, sed Ephæstionis alam appellari voluit, & quæ ille signa instituisset, ea non immutari. Funebria certamina ludosque,

quales nunquam editi fuiſſent, meditatus, tria artificum millia coëgit, qui non multo poſt in ipsius exequiis certasse feruntur. Nec amici tam effuso affectu ad conciliandam ejus gratiam ſegniter usi, certatim reperere per quæ memoria defuncti clarior honoratiorque fieret. Igitur Eumenes, cum ſe ob simultatem cum Ephæſtione regis indignationem incurriſſe ſensisset, multis auctor fuit, ſeque & arma ſua Ephæſtioni consecrandi: pecuniasque ad cohoneſtandum funus large contulit. Hoc exemplum imitati ſunt ceteri; eaque mox processit assentationum impudentia, ut regi mœrore & desiderio defuncti insanienti persuaſum tandem fuerit, Deum esse Ephæſtionem. Quo quidem tempore ex copiarum ducibus Agathocles Samius ad extremum periculi venit, quod illius tumulum præteriens illacrymasse visus esset. Ac nisi Perdiccas venanti sibi Ephæſtionem apparuisse ementitus, per Deos omnes, ipsumque Ephæſtionem dejeraſſet, ex ipso ſe cognovisse, Agathoclem non ut mortuum, & vanæ divinitatis titulis fruſtra ornatum flevisse, verum ob memoriam priſtinæ ſodalitatis lacrymas non tenuisse; vir fortis & de rege bene meritus, pietatis in amicum graves pœnas innoxio capite pependiſſet.

Ceterum ut paulisper a luctu avocaret animum, in Cossæorum gentem expeditionem ſuscepit. Juga Mediæ vicina Cossæi tenent, asperum & acre genus, & prædando vitam

rer ſa mémoire, de faire faire des combats & des jeux funebres les plus pompeux & les plus magnifiques qui euſſent jamais été faits; il fit aſſembler trois mille Ingénieurs pour en faire les préparatifs, qui ſervirent peu de temps après à ſes propres funérailles. Enfin ſes autres favoris ſe ſervant de ſa douleur pour ſe mettre plus avant dans ſes bonnes graces, rechercherent comme à l'envi les uns des autres, tout ce qui étoit capable de rendre la mémoire d'Epheſtion plus illuſtre & plus glorieuſe. Eumenes voyant que le Roi étoit indigné contre lui, à cauſe des diſputes qu'il avoit eues avec le mort, conſeilla à plusieurs de conſacrer leurs armes à Epheſtion, & de s'y conſacrer eux-mêmes, & contribua beaucoup à honorer ſes funérailles. Tous les autres ſuivirent ſon exemple; & enfin l'impudence des flatteurs alla si avant, qu'ils perſuaderent au Roi, qui étoit comme troublé de la douleur de cette perte, qu'Epheſtion étoit un Dieu. Dans les mêmes circonſtances, Agathocles Samien, l'un des Capitaines d'Alexandre, fut en péril de la vie, parce qu'on s'étoit apperçu qu'il avoit pleuré en paſſant auprès du tombeau d'Epheſtion; & si Perdiccas n'eût juré au Roi par tous les Dieux, & par Epheſtion même, qu'Epheſtion s'étoit préſenté à lui, comme il étoit à la chaſſe, & qu'il l'avoit aſſuré qu'Agatocles ne l'avoit point pleuré comme mort, ni comme honoré vainement du titre & du nom de Dieu; mais qu'il n'avoit pû retenir ſes larmes, à cauſe de l'amitié qu'ils avoient eue autrefois, ce Capitaine courageux, qui avoit bien ſervi le Roi, eût été puni avec rigueur de ce devoir d'amitié qu'il rendoit à ſon ami.

Pour ſe diſtraire un peu l'eſprit, il entreprit un voyage contre les Coſſéens, qui occupoient les montagnes voisines de la Lydie, peuples rudes & vaillants, qui avoient coûtume de ne vivre que de brigandages. Les Rois de Perſe leur payoient tous

les ans un certain tribut pour conserver la paix avec eux, & pour les empêcher d'aller faire des dégâts & des brigandages dans les pays d'alentour. Comme ils étoient défendus par la difficulté des lieux où ils se retiroient, toutes les fois qu'ils étoient vaincus, les Perses ne pensoient plus à les gagner par la force. On leur faisoit chaque année des présents, afin que le Roi eût un passage libre & assuré par cette contrée, lorsque d'Ecbatane où il passoit ordinairement l'été, il revenoit à Babylone. Aléxandre attaqua donc ces peuples farouches avec son armée divisée en deux, & les subjugua en moins de quarante jours : après avoir été souvent taillés en piéces, & par le Roi même & par Ptolemée, qui conduisoit une partie des troupes, enfin ils se donnerent aux victorieux pour retirer leurs prisonniers. Alexandre voulut qu'on bâtit des places fortes aux endroits commodes, afin que ce peuple barbare ne sortît pas de l'obéissance, & ne secouât pas le joug aussi-tôt qu'on en auroit ramené l'armée ; & de-là pour délasser le soldat, que cette expédition avoit fatigué, il revint à petites journées à Babylone. Comme il étoit à trente stades de la ville, Néarque qu'il avoit envoyé devant à Babylone par l'Océan, & par l'embouchure de l'Euphrate, vint au-devant de lui, & le pria de ne point entrer dans une ville *qui devoit lui être fatale ; qu'il avoit appris ce qu'il disoit des Chaldéens ; dont la science avoit été confirmée par une infinité d'événements qui avoient suivi leurs prédictions.* Le Roi touché par la réputation de ces gens-là, & par les assurances qu'on lui donnoit de sa capacité, envoya la plûpart des siens dans Babylone ; & pour lui ayant pris un autre chemin, il alla loger à deux cents stades de cette ville. Néanmoins Anaxarque lui ayant persuadé le contraire, enfin il méprisa les avertissements des Chaldéens, dont il crut que la science étoit vaine & superstitieuse, & rentra dans Babylone.

tolerare ſolitum. Ab his Persarum reges annuo tributo pacem redimere consueverant, ne in ſubjecta decurrentes infeſtam latrociniis regionem facerent. Nam vim tentantes Persas facile repulerant, asperitate locorum defensi, in quæ ſe recipiebant, quoties armis ſuperabantur. Iidem muneribus quot annis placabantur, ut regi Ecbatanis, ubi æſtiva ſolebat agere, Babylonem remigranti, tutus per ea loca transitus esset. Hos igitur Alexander bipartito agmine aggressus, intra quadraginta dies perdomuit. Nam ab ipso rege, & Ptolemæo, qui partem exercitus ducebat, ſæpe cæsi, ut captivos ſuos reciperent, permisere ſe victori. Ille validas urbes opportunis locis extrui jussit, ne abducto exercitu fera gens obedientiam exueret. Motis inde caſtris, ut militem expeditione recenti fessum reficeret, lento agmine Babylonem procedebat. Jamque vix triginta ab urbe ſtadiis aberat; cum Nearchus occurrit, quem per Oceanum & Euphratis oſtia Babylonem præmiserat: orabatque, *ne fatalem sibi urbem vellet ingredi. Compertum id sibi ex Chaldæis, qui multis jam prædictionum eventibus artis ſuæ certitudinem abunde probavissent.* Rex fama eorum hominum, conſtantique asseveratione motus, dimissis in urbem amicorum plerisque, alia via præter Babylonem ducit, ac ducentis inde ſtadiis ſtativa locat. Sed ab Anaxarcho persuasus, contemtis Chaldæorum monitis, quorum disciplinam inanem aut ſupervacuam arbitrabatur, urbem intrat.

Legationes eo ex universo ferme orbe confluxerant. Quibus per complures dies studiose auditis deinceps ad Ephæstionis exequias adjecit animum. Quæ summo omnium studio ita celebratæ sunt, ut nullius ad id tempus regis feràlia, magnitudine sumtuum, apparatusque celebritate non vicerint. Post hæc cupido incessit regi per Pallacopam amnem ad Arabum confinia navigandi: quo delatus urbi condendæ commoda sede reperta, Græcos ætate aut vulneribus invalidos, & si qui sponte remanserant, ibi collocat. Quibus ex sententia perfectis jam futuri securus, Chaldæos irridebat, quod Babylonem non ingressus tantum esset incolumis, verum etiam excessisset. Enimvero revertenti per paludes, quæ Euphrates in Pallacopam effusus efficit, fœdum omen oblatum est. Quippe rami desuper impendentes detractum capiti regio diadema projecerunt in fluctus. Cum deinde alia super alia prodigiosa & minacia nuntiarentur, procurandis iis Græco simul barbaroque ritu continua sacra facta sunt. Neque tamen expiari præterquam morte regis potuere; qui cum Nearchum excepisset convivio, jamque cubitum iturus esset, Medii Larissæi obnixis precibus dedit, ut ad eum comessatum veniret. Ubi postquam tota nocte perpotasset, male habere cœpit. Ingravescens deinde morbus adeo omnes vires intra sextum diem exhausit, ut ne vocis quidem potestas esset. Interea milites sollicitudine desiderioque ejus anxii,

Il étoit arrivé des Ambaſſadeurs preſque de tous les endroits de la terre ; & après leur avoir donné audience durant quelques jours, il commença à ſonger aux funérailles d'Epheſtion, qui furent faites avec tant de pompe par le zéle que tout le monde y apporta, qu'on n'en avoit jamais fait aux plus grands Rois, qu'elles ne ſurpaſſaſſent de beaucoup par la grandeur de la dépenſe, & par la magnificence de l'apppareil. Il voulut aller par le fleuve Pallacope ſur les frontieres de l'Arabe ; & lorſqu'il y fut arrivé, & qu'il y eut trouvé un lieu commode pour y bâtir une ville, il y établit les Grecs, qui étoient inutiles à la guerre par leur âge ou par leurs bleſſures, & tous ceux qui y voulurent demeurer. Toutes ces choſes ayant été faites ſelon qu'il les avoit ſouhaittées, comme il ſe croyoit aſſuré de l'avenir, il commença à ſe moquer de la ſcience des Chaldéens, parce que non-ſeulement il étoit entré ſans péril dans Babylone, mais qu'il en étoit ſorti de-même. Néanmoins, comme il revenoit par les marécages que fait l'Euphrate en ſe répandant dans le Pallacope, il eut un préſage malheureux ; les branches d'un arbre qui pendoient plus bas que les autres, lui emporterent ſon diadême de la tête, & le firent tomber dans l'eau. Enſuite on lui rapporta prodiges ſur prodiges qui étoient autant de menaces ; & pour en détourner les effets, on fit quantité de ſacrifices, & à la mode des Grecs, & à la mode des Barbares ; mais il fut impoſsible de ſatisfaire aux Dieux qui les envoyoient, que par la mort d'Alexandre. Comme il étoit prêt d'aller ſe coucher, après avoir donné un grand repas à Néarque, Médius de Lariſſe le vint trouver, & obtint de lui par prieres qu'il viendroit au feſtin qu'il faiſoit en ſa maiſon. En effet il y alla, & après avoir bu toute la nuit, il ſe trouva mal le lendemain. Depuis ſa maladie augmenta de telle ſorte, que dès le sixiéme jour ayant conſumé toutes ſes forces, à peine pouvoit-il ſeulement parler. Cependant les gens

de guerre étoient en inquiétude pour le Roi, & quoique les Capitaines les conjuraſſent de ne le pas incommoder, ils obtinrent qu'ils le verroient.]

CHAP. V. Quand ils le virent, tous pleurerent, & l'on eût dit que ce n'étoit pas le Roi qu'ils voyoient, mais ſon corps prêt à être inhumé. Ceux qui étoient auprès de lui, paroiſſoient encore plus affligés; & le Roi jettant les yeux ſur eux, dit: *Où trouvera-t-on, après ma mort, un Roi digne de tels hommes?* C'eſt une choſe admirable, que ce Prince, ainsi foible, & tout mourant, ſe tint toujours au même état auquel il s'étoit mis pour recevoir ſon armée, juſqu'à ce que tous ſes ſoldats, l'un après l'autre, lui euſſent fait la révérence. Quand il leur eut dit adieu, il s'étendit dans ſon lit, comme s'il n'eût plus rien eu à faire qu'à mourir; & faiſant approcher ſes amis plus près de lui, parce que la voix commençoit à lui manquer, il tira ſon anneau du doigt, & le donna à Perdiccas, lui commandant, *de faire porter ſon corps au temple d'Hammon.* Comme ils lui demanderent, *à qui il laiſſoit l'Empire?* Il répondit: *Au plus homme de bien; mais qu'il prévoyoit que ſur ce ſujet on lui préparoit d'étranges jeux funebres.* Et Perdiccas lui ayant encore demandé, *quand il vouloit qu'on lui décernât les honneurs divins? Lors*, dit-il, *que vous ſerez heureux.* Ce furent ſes dernieres paroles, & bientôt après il rendit l'eſprit.

A ce moment tout le palais retentit de cris & de gémiſſements; bientôt ce fut un silence profond, comme dans une vaſte ſolitude, la douleur faiſant place aux ſoins & aux penſées de l'avenir. Les enfants d'honneur & de la garde du corps couroient çà & là comme forcenés, & rempliſſoient la ville de deuil, & de toutes les plaintes que ſuggere la douleur en ſemblables rencontres: ceux qui étoient hors du palais, & Barbares & Macédoniens, y ac-

quanquam obteſtantibus ducibus, ne valetudinem regis onerarent, expresserunt, ut in conſpectum ejus admitterentur.]

C A P. V. Intuentibus lacrymæ obortæ præbuere ſpeciem jam non regem, ſed funus ejus visentis exercitus. Mœror tamen circumſtantium lectum eminebat: quos ut rex aspexit, *Invenietis*, inquit, *cum excessero, dignum talibus viris regem?* Incredibile dictu audituque, in eodem habitu corporis, in quem ſe composuerat, cum admissurus milites esset, durasse, donec a toto exercitu illo ad ultimum persalutatus eſt: dimissoque vulgo, velut omni vitæ debito liberatus, fatigata membra rejecit. Propiusque adire jussis amicis, nam & vox deficere jam cœperat; detractum annulum digito Perdiccæ tradidit; adjectis mandatis, *ut corpus ſuum ad Hammonem ferri juberet.* Quærentibus his, *cui relinqueret regnum?* respondit, *ei, qui esset optimus. Ceterum providere jam ob id certamen, magnos funebres ludos parati sibi.* Rursus Perdicca interogante, *quando cæleſtes honores haberi sibi vellet?* dixit, *tum velle, cum ipsi felices essent.* Suprema hæc vox fuit regis, & paulo poſt exſtinguitur.

Ac primo ploratu lamentisque & planctibus tota regia personabat: mox velut in vaſta ſolitudine omnia triſti silentio muta torpebant; ad cogitationes, quid deinde futurum esset, dolore converso. Nobiles pueri cuſtodiæ corporis ejus assueti, nec doloris magnitudinem capere, nec ſe ipsos intra veſtibulum

regiæ retinere potuerunt: vagique & furentibus similes totam urbem luctu ac mœrore compleverant; nullis questibus omissis, quos in tali casu dolor suggerit. Ergo qui extra regiam astiterant Macedones pariter barbarique concurrunt; nec poterant victi a victoribus in communi dolore discerni. Persæ *justissimum ac mitissimum dominum*; Macedones *optimum ac fortissimum regem* invocantes, certamen quoddam mœroris edebant. Nec mœstorum solum, sed etiam indignantium voces exaudiebantur; tam viridem, & in flore ætatis fortunæque invidia Deûm ereptum esse rebus humanis. Vigor ejus & vultus educentis in prælium milites, obsidentis urbes, evadentis in muros, fortes viros pro concione donantis occurrebant oculis. Tum Macedones *divinos honores negasse* ei pænitebat; *impiosque & ingratos fuisse* se confitebantur, *quod aures ejus debita appellatione fraudassent.* Et cum diu nunc in veneratione, nunc in desiderio regis hæsissent; in ipsos versa miseratio est. Macedonia profecti ultra Euphraten mediis hostibus novum imperium aspernantibus destitutos se esse cernebant; sine certo regis herede, sine herede regni publicas vires ad se quemque tracturum. Bella deinde civilia, quæ secuta sunt, mentibus augurabantur: *iterum, non de regno Asiæ, sed de rege, ipsis sanguinem esse fundendum; novis vulneribus veteres rumpendas cicatrices, senes, debiles, modo petita missione a justo rege, nunc morituros pro potentia*

coururent en foule, & l'on n'eût ſçu diſcerner, dans leur commun déſeſpoir, les victorieux d'avec les vaincus : c'étoit à qui s'affligeroit davantage ; les Perſes l'appellant, *le plus juſte & le plus doux Maître qui leur eût jamais commandé*, & les Macédoniens, *le meilleur & le plus vaillant Prince de la terre ;* murmurant les uns & les autres contre les Dieux, de ce que par envie ils l'avoient ravi aux hommes à la fleur de ſon âge & de ſa fortune. Il leur ſembloit voir toujours ce viſage, & cet air réſolu avec lequel il les menoit au combat, aſſiégeoit les villes, montoit ſur les murs, & récompenſoit la valeur. Alors les Macédoniens ſe repentoient de lui avoir refuſé les honneurs divins, & ſe confeſſoient ingrats & impies de l'avoir fruſtré d'un nom qui lui étoit dû. Enfin, après s'être longtemps arrêtés, ou ſur la vénération de ſa perſonne, ou dans les regrets de ſa perte, toute leur compaſſion ſe tourna vers eux-mêmes. Ils conſideroient, *Qu'étant partis de Macédoine, ils ſe trouvoient delà l'Euphrate, ſans Chef, au milieu de leurs ennemis, qui ſouffroient avec peine une nouvelle domination. Que le Roi étant mort ſans enfants, & ſans avoir nommé de ſucceſſeur, chacun tâcheroit d'attirer à ſoi, les forces publiques ;* là-deſſus ils préſageoient *les guerres civiles qui ſuivirent depuis ; qu'il leur faudroit encore verſer du ſang, & rouvrir leurs vieilles cicatrices par de nouvelles bleſſures, non-pas pour conquérir l'Empire de l'Aſie, mais pour lui donner un Roi ; & que ces vieillards, qui venoient d'obtenir leur congé de leur Prince légitime, ſeroient contraints de ſacrifier ce qui leur reſtoit de vie, pour établir la puiſſance, peut-être, de quelque miſérable ſoldat.* Dans ces triſtes

pensées, la nuit survint, qui les rendit encore plus funestes. Les soldats la passerent tous sous les armes, & les Babyloniens montant sur les murs, ou au faîte de leurs maisons, regardoient ce qui se faisoit; mais parce qu'on n'eût osé faire paroître de la clarté, ils prêtoient l'oreille au moindre bruit, & prenoient souvent de fausses allarmes, plusieurs courant par les rues, & s'entre-choquant sans se reconnoître, dans une continuelle méfiance les uns des autres.

Les Perses, selon leur coûtume, avoient fait couper leurs cheveux, & paroissoient en habits de deuil, avec leurs femmes & leurs enfants, ne considérant pas ce Prince comme leur vainqueur, & auparavant leur ennemi, mais comme leur bon Roi, qu'ils regrettoient sincerement. Aussi avoüoient-ils, *que depuis l'établissement de leur Monarchie, ils n'avoient jamais eu de Roi plus digne de leur commander.* Mais une si grande tristesse ne demeura pas renfermée dans les murs d'une ville, elle passa incontinent aux contrées voisines, se répandit par toute cette grande partie de l'Asie, qui est au-delà de l'Euphrate. La nouvelle en vint bientôt aussi à la mere de Darius, qui dans le désespoir déchira sa robe, en prit une de deuil, s'arracha les cheveux, se jetta par terre. Elle avoit auprès d'elle une de ses petites filles, encore toute éplorée de la mort d'Ephestion son mari, & en qui la douleur publique réveilloit le sentiment de la sienne particuliere. Mais Sisygambis rassembloit en elle seule toutes les miseres de sa maison; elle déploroit sa condition; elle déploroit celle de ces jeunes Princesses, & le mal présent rappelloit en elle la mémoire du passé. On eût dit que Darius ne venoit que de mourir, & que cette misérable mere faisoit les funérailles de ses deux fils à la fois. Elle pleuroit les morts & les vivants tout-ensemble. *Qui aura soin,* disoit-elle, *de mes filles? Où trouverons-nous un autre Alexan-*

forsitan ſatellitis alicujus ignobilis. Has cogitationes volventibus nox ſupervenit, terroremque auxit. Milites in armis vigilabant : Babylonii alius e muris, alius culmine ſui quisque tecti prospectabant, quasi certiora visuri. Nec quisquam lumina audebat accendere ; & quia oculorum cessabat usus, fremitus vocesque auribus captabant : ac plerumque vano metu territi per obscuras ſemitas, alius alii occurſantes, invicem ſuspecti & ſolliciti ferebantur.

Persæ comis ſuo more detonsis, in lugubri veſte, cum conjugibus ac liberis, non ut victorem & modo hoſtem, ſed ut gentis ſuæ juſtissimum regem vero desiderio lugebant. Aſſueti ſub rege vivere, *non alium, qui imperaret ipsis, digniorem fuisse* confitebantur. Nec muris urbis luctus continebatur ; ſed proximam regionem ab ea, deinde magnam partem Asiæ cis Euphraten tanti mali fama pervaserat. Ad Darii quoque matrem celeriter perlata eſt. Abſcissa ergo veſte, qua induta erat, lugubrem ſumsit ; laceratisque crinibus humi corpus abjecit. Assidebat ei altera ex neptibus, nuper amissum Ephæſtionem, cui nupserat, lugens ; propriasque causas doloris in communi mœſtitia retractabat. Sed omnium ſuorum mala Sisygambis una capiebat. Illa ſuam, illa neptium vicem flebat. Recens dolor etiam præterita revocaverat. Crederes modo amiſſum Darium, & pariter miſeræ duorum filiorum exequias esse ducendas. Flebat mortuos simul vivosque. *Quem enim puellarum acturum*

esse curam? quem alium futurum Alexandrum? iterum se captas, iterum excidisse regno. Qui mortuo Dario ipsas tueretur reperisse; qui post Alexandrum respiceret, utique non reperturas. Subibat inter hæc animum, *octoginta fratres suos eodem die ab Ocho sævissimo regum trucidatos, adjectumque stragi tot filiorum patrem: e septem liberis, quos genuisset ipsa, unum superesse: ipsum Darium floruisse paulisper, ut crudelius posset extingui.* Ad ultimum dolori succumbit, obvolutoque capite accidentes genibus suis neptem nepotemque aversata, cibo pariter abstinuit & luce. Quinto, postquam mori statuerat, die exstincta.

Magnum profecto Alexandro indulgentiæ in eam, justitiæque in omnes captivos, documentum est mors hujus: quæ cum sustinuisset post Darium vivere, Alexandro esse superstes erubuit. Et hercule, juste æstimantibus regem liquet, bona naturæ ejus fuisse; vitia vel fortunæ, vel ætatis. Vis incredibilis animi: laboris patientia propemodum nimia; fortitudo non inter reges modo excellens, sed inter illos quoque, quorum hæc sola virtus fuit: liberalitas sæpe majora tribuentis, quam a Diis petuntur: clementia in devictos, tot regna aut reddita, quibus ea demserat bello, aut dono data: mortis, cujus metus ceteros exanimat, perpetua contemtio: gloriæ laudisque ut justo major cupido; ita ut juveni & in tantis admittenda rebus. Jam pietas erga parentes, quorum Olympiada immortalitati conse-

dre? Elle ajoutoit, *que tout de nouveau elles étoient captives, & perdoient leur Royaume; qu'après avoir perdu Darius, elles avoient trouvé qui les avoit reçues, mais qu'Alexandre mort, elles ne trouveroient plus qui les voulût regarder.* Alors elle se ressouvenoit, *qu'ayant eu quatre-vingts freres, ils avoient tous été égorgés en un jour par Ochus, le plus cruel de tous les tyrans, & avec eux le pere d'une si belle famille; que de sept enfants qu'elle avoit mis au monde, il ne lui en restoit plus qu'un; qu'à la vérité, Darius avoit fleuri quelque-temps, mais que la fortune ne l'avoit élevé que pour le précipiter.* Enfin elle succomba à la douleur, & s'étant enveloppé la tête, & se détournant de ses petites-filles, & de son petit-fils, qui étoit à ses genoux, elle ne voulut plus voir le jour, ni prendre de nourriture; elle mourut cinq jours après qu'elle eut renoncé à la vie.

Cette mort est un grand témoignage de la bonté du Roi, tant envers elle, qu'envers tous les autres prisonniers, puisqu'ayant eu le courage de ne mourir pas après Darius, elle eut honte de vivre après Alexandre. A juger sainement de ce Prince, on trouvera que ses vertus lui venoient de la Nature, & ses vices, ou de la fortune, ou de l'âge. Il avoit une force d'esprit extraordinaire, une patience dans les fatigues à lasser tout le monde, & qui donnoit presque dans l'excès; un courage incomparable, non-seulement à l'égard des Rois, mais de ceux mêmes qui n'ont excellé qu'en cela. Il se montroit si libéral, qu'il donnoit souvent plus qu'on n'eût osé demander aux Dieux. Sa clémence envers les vaincus étoit extrême, jusqu'à rendre les Royaumes à ceux sur qui il les avoit conquis, & les donner en pur don aux autres. La mort, qui fait frémir le reste des hommes, l'étonnoit si peu, qu'il sembloit la chercher par-tout. Il est vrai que son ambition étoit sans bornes; mais cela étoit pardonnable à un jeune Prince, & qui faisoit de si grandes choses. S'il faut

parler de sa piété envers ceux qui lui avoient donné la naissance, n'avoit-il pas résolu de faire mettre Olympias au rang des Divinités ? N'avoit-il pas vengé la mort de Philippe ? Quelle fut sa bonté pour la plûpart de ses confidents, son affection pour ses soldats ? sa continence pour les femmes ? Sa conduite égaloit sa valeur, & il avoit la pénétration & le jugement au-dessus de son âge.

C'étoit-là des dons de la Nature ; voici ce que sa fortune lui avoit apportée, de s'égaler aux Dieux, de se faire rendre les honneurs divins, d'ajouter foi aux Oracles, qui le flattoient par de semblables vanités, & de s'emporter contre ceux qui refusoient de l'adorer ; de s'habiller à la mode des étrangers, & de prendre les mœurs des peuples vaincus, qu'il avoit méprisés avant la victoire. Pour ce qui est de la colere, & d'aimer le vin, comme la jeunesse y contribuoit beaucoup, l'âge l'eût pû modérer aussi. Au reste, il faut avouer que s'il fut redevable à la vertu, il le fut encore davantage à la fortune, que lui seul de tous les hommes, semble avoir eue en son pouvoir, & à son commandement. Combien de fois l'a-t-elle comme arraché des mains de la mort ? combien de fois retiré des périls où il s'étoit précipité, sans l'abandonner en une seule occasion ? & pour comble de faveur, elle a borné sa vie au période de sa gloire. On diroit que les Destinées avoient attendu à le prendre, jusqu'à ce qu'ayant domté l'Orient, & navigé jusques sur l'Océan, il eût fait tout ce que peut faire un homme mortel. C'étoit donc à un tel Roi, & à un tel Conquérant, qu'il s'agissoit de donner un successeur ; mais le fardeau étoit trop pesant pour une seule tête. En effet, le seul nom d'Alexandre a fait des Rois & des Royaumes presque par toute la terre, & ceux-là même ont été célébres, qui ont eu les moindres piéces du débris d'une si grande fortune.

crare decreverat; Philippum ultus erat: jam in omnes fere amicos benignitas; erga milites benevolentia; consilium par magnitudini animi, & quantam vix poterat ætas ejus capere, ſolertia: modus immodicarum cupiditatum, Veneris intra naturale desiderium usus, nec ulla nisi ex permisso voluptas; ingentes profecto dotes erant.

Illa fortunæ, Diis æquare ſe, & cæleſtes honores accersere, & talia ſuadentibus oraculis credere, & dedignantibus venerari ipſum vehementius quam par esset irasci; in externum habitum mutare corporis cultum, imitari devictarum gentium mores, quas ante victoriam ſpreverat. Nam iracundiam & cupidinem vini sicuti juventa irritaverat, ita ſenectus mitigare potuisset. Fatendum eſt tamen, cum plurimum virtuti debuerit, plus debuisse fortunæ, quam ſolus omnium mortalium in poteſtate habuit. Quoties illum a morte revocavit? quoties temere in pericula vectum perpetua felicitate protexit? Vitæ quoque finem eumdem illi, quem gloriæ ſtatuit. Exspectavere eum fata, dum Oriente perdomito, aditoque Oceano, quidquid mortalitas capiebat, impleret. Huic regi ducique ſuccessor quærebatur: ſed major moles erat, quam ut unus ſubire eam posset. Itaque nomen quoque ejus & fama rerum in totum propemodum orbem, reges ac regna diffudit; clarissimique ſunt habiti, qui etiam minimæ parti tantæ fortunæ adhæserunt.

CAP. VI. Ceterum Babylone (inde enim divertit oratio) corporis ejus custodes, in regiam principes amicorum, ducesque copiarum advocavere. Secuta est militum turba, cupientium scire, in quem Alexandri fortuna esset transitura. Multi duces frequentia militum exclusi regiam intrare non poterant; cum præco *exceptis qui nominatim citarentur, adire* prohibuit. Sed precarium spernebatur imperium. Ac primum ejulatus ingens, ploratusque renovatus est : deinde futuri expectatio inhibitis lacrymis silentium fecit. Tunc Perdicca regia sella in conspectum vulgi data, in qua diadema vestisque Alexandri cum armis erant; annulum sibi pridie traditum a rege in eadem sede posuit; quorum aspectu rursus obortæ omnibus lacrymæ integravere luctum.

Et Perdicca, » Ego quidem, *inquit*, an» nulum, quo ille regni atque imperii vires » obsignare erat solitus, traditum ab ipso mi» hi, reddo vobis. Ceterum quanquam nulla » clades huic, qua affecti sumus, par ab ira» tis Diis excogitari potest; tamen magnitudi» nem rerum, quas egit, intuentibus credere » licet, tantum virum Deos accommodasse » rebus humanis, quarum sorte completa, ci» to repeterent eum suæ stirpi. Proinde quo» niam nihil aliud ex eo superest, quam quod » semper ab immortalitate subducitur, corpori » nominique quam primum justa solvamus; » haud obliti, in qua urbe, inter quos simus, » quali rege ac præside spoliati. Tractandum

CHAP. VI. Retournons à Babylone, dont nous venons de parler. Les Gardes-du-Corps convoquerent au palais du Roi les Grands & les Officiers de l'armée, suivis d'une multitude de soldats, curieux de sçavoir qui succéderoit à une si grande puissance. Plusieurs ne pouvoient aborder à cause de la foule, quand un Héraut cria, *que personne n'eût à entrer, que ceux qui seroient appellés;* mais comme il n'y avoit plus de maître, on se moquoit de ces défenses. D'abord ce fut un renouvellement de pleurs & de sanglots qui durerent quelque-temps, sans se pouvoir appaiser: le soin des affaires arrêtant les larmes, & faisant faire silence, Perdiccas exposa en public le siége royal où étoit le diadême, le manteau, & les armes d'Alexandre, & où il mit aussi l'anneau qu'il lui avoit remis le jour précédent. A ces tristes objets tout le monde pleura, & jetta des cris comme au moment de sa mort, jusqu'à ce que Perdiccas commença à dire:

» Je vous remets l'anneau que le Roi m'a consi- » gné en mourant, avec lequel il scelloit ses ordres » & maintenoit son autorité. Je ne pense pas que le » ciel, en sa plus grande colere, nous puisse affliger » d'une calamité pareille à la perte de ce Prince; » mais à considerer la grandeur des choses qu'il a » faites, il faut croire que les Dieux l'avoient seu- » lement prêté au monde pour y accomplir ces mer- » veilles & le retirer aussi-tôt vers eux, d'où il étoit » venu. C'est pourquoi, ne nous restant de lui au- » tre chose, que ce qui n'est pas du partage de l'im- » mortalité, tâchons de nous acquitter au plutôt de » ce que nous devons à son corps & à sa mémoire, » & songeons en quelle ville nous sommes, au mi- » lieu de quels peuples, & quel Roi & quel appui

» nous avons perdu. Ce que nous avons à faire, » mes compagnons, c'eſt d'aſſurer nos victoires » parmi ceux que nous avons vaincus. Pour cela, » il nous faut un Chef; un, ou plusieurs, choiſiſ- » ſez. Mais vous n'ignorez pas qu'une armée ſans » Chef eſt un corps ſans ame : Roxane eſt groſſe de » six mois; les Dieux veuillent qu'elle nous donne » un Prince qui gouverne quand il ſera en âge. Ce- » pendant, choisiſſez celui à qui vous deſtinez la » Régence.

